aſpectuz inſpiciaſ mō cetera flebothmie conſentiant ne tibi ueluti bis diebuſ cui dā amico contingeret quoniā tm̄ ad q̄z dam robuſtū freneticuz flobothomādū diſtulit donec combuſtio lune trāſacta eſſet propter quod freneſi ꝓfirmata in tantum accidentia acuta ſunt q̄ bonus homo cantando ad uitam tranſiuit eternam. ¶ Ceteriſ ergo conſentientib⁹ flobothomiā illico facias. eſt enī hui⁹ egritudiniſ cura potiſſima q̄z ſi tardet magnificatur apa creſcūt accidentia et⁹ ꝑſepe ob hoc infirmus moritur. et iō ſi iuueis uenoſus fuerit et freneſim a ſanguine, ꝓuenire iudices baſilicā primo incide et abundante ſanguine quantitatem exire permitte. nolo tamē q̄ ad ſicopī uſque ꝺueniat ut ātiquoz aliqui iubēt. ¶ Sz illic ad hoř. vi. uel terciā uſq̄z diē ſcluſiue ex cephalica ueis naſi frontis aut lingue fob othomiaz reitera. uel ſanguiſugas uenis illis appone. ¶ Uel potiuſ gullā reſtrīge. ¶ Uel cū porcinis ſetis nihil ex inſtrumento q̄ ex eis fit naſo bemoroydas appiri. ¶ Uñ ſm exigētiaz ad extrahēdū ſāguinē ifra premiſſū terminū q⁹ quomō poſſis ſollicit⁹ ſemp eſto ¶ Sed die trāſacta 3ª flebothomiā oī no dimitte. ¶ Si. n. ifra hoc tēpus ad ēctionē ſāguiſ ꝓ ōbita meſuā ſolicitus fueīſ z i ſāguiño q̄z maxē hāc egritudiē curādi ſpē aliquā habere poteris z ubi non, paucā āt nullā. ¶ Sed aduertas ut ſemp flebothomata uena ſtricte z cū cautella ligeť ne patiēs ſua furioſitate ſoluat. ¶ At ubi etas ſeu aliud flebothomiā fieri, ꝓhibeat uētoſas cuz ſcarificatione apponi iube z ſuper nates ꝓximo ſucceſſiue i ſpatul' z de ſāguine ſecundum exigetiā extrahe. ¶ Nota tamen q̄ colera exiſtēte i cauſa multo minor ſāguinis quātitas mō cetera paria ſint extrahēda ē. ¶ Et i hoc diligēter aduerte qua ex re ꝓditioēs que i flobothomia attēdūť ſemp habe. qr z ſi non ob alia cāz āre diuerſioīs i freneſi colica flebothoia fieret. iuuabit adhuc multum. ¶ Eſt quoq̄z hui⁹ egritudis cura potiſſima ſi emoroides meſtrua flux⁹ ſanguinis narīū prouocari poſſit ſic enim materia hāc egritudinē efficiēs euacuabiť. ¶ Sed eius diuerſio plurimū quoq̄z iuuat que ad terciā uſq̄z diē ſcluſiue ꝓueniēter fiet cū ligaturis. ſ. ad extrema brachii et cū brachioz ac crurū fricatiońb⁹ ſed pedū ac manuū uole cuz aceto ſale mixto fricēť Uētoſe itē i illo caſu ꝓueniūt que cruribus ſub police uel in ſpatulis ſine ſcarificatione poni debent Brachia ac tibie ex decoctionū folioz ſalicis uitis albe uimifere foliis cānaruz et talium calida quātum ſufferre poteſt fomentur ¶ Cliſtere quoq̄z deſcriptum et caſu illo materiā multā diuertit ac illa que applicātur capiti ſūt cum cautella approximanda. ¶ Nam in capite repleto ſeu catarroſo talia applicare timoroſum eſt nec ullum etiam actualiter frigidum capiti apponi debet quia frigiditas illa actualis primo occurſu porros claudeť et uapores qui ſť egritudis cauſa reſpirationē, ꝓhibeřnt. q̄tuor item uniuerſalia tpa in applicatione talium conſideranda ſunt. ¶ In quarta autem die illa egritudo ut plurimū ē in ſtatu unde ſecūdum tēporū diuerſitatem alia et alia ſť applicāda remedia ut ſtatim deſcribam. ¶ Facta itaque flobothomia caput abradatur. q̄ ꝓ hac ō coctione fiat que eſt roſ ru. uiol'. cortiz papaueris albi uel folioz eiuſ flozz nenufaris. añ. Ꝑ. i. fiat decoctio ꝓ q̄ tepida caput lauetur et deinde radatur. ¶ Quo facto. Ꝛ. olei ro. et ſi eſſet on

Dē Trehas

N.

Diāſio mīb

cū localia

Cura extracta

In pno morbi

poſt flobo 3, Abra ſnt caput.

Inūgat capt

fancinum prestaret. ℥. ii. acceti. ℥. i. agi
ta simul ⁊ timporibus ac fronti petias i
mersas ac tepidas applica. ¶ Uel faci
as sic. ℞. aque ro. aque plātaginis. añ.
℥. ii. aceti. ℥. i. ß. olei ro. ℥. i. simul ꝯquas
sentur ⁊ fiat ut prius. ¶ Uel aliter.
¶ ℞. succi solatri plātaginis aut sempui
ue. ℥. iii. aceti. ℥. ii. olei ro. ℥. ii. ß. simul ꝯ
quassa ⁊ modo quo supra fiat. hec potis
simum in die prima naturali fiēda sunt.
¶ Qua trāsacta materia ut plūz fluxa ē.
¶ At tamē si accidētia cōtinue augum̄
tari cōspexeris. ut uigiliaꝝ īstātia furō
alienatio ⁊ c̄. prescripta medicamīa cō
siderāda sunt. ¶ Quod si patiēs iuueis
ac robustus fuerit qui haud quaq̄z dor
mire potest. ꝯ p̄scriptꝭ liquorib⁹. ℈. ß. āt
. i. opii ꝯmisce. ¶ Sed non nisi in uir
tute ꝯstāte facer̄ pr̄sumas q̄ ēt in casu
facer̄ potes. ℞. unguēti populeoīs. ℥.
ii. croci opii. añ. ℈. i. īcorporētur simul
⁊ ex tali timpora ac frons illiniat̄.
¶ Uel facias sic. ℞. aque ros. ℥. vi. aceti.
℥. ß. sandalorum omniū añ. ℈. ii. cāphor̄
ʒ. ß. pone omīa ī ampulla. que bene agi
tata sepe naribus applicetur. uel spōgi
am immerge quā sepe īfirm⁹ odoret.
¶ Uel camphora cū oleo ro. distempa ⁊
cum penna naribus īmitte. ¶ Hoc itē
epithimate magna existente flamma
infirmi cor epithimandum erit.
¶ Quod ℞ aque ros. l̄. ß. aque uiol̄.
aque buglosse. añ. ℥. iii. sādaloꝝ ōiuz co
ralloꝝ omniū rosaꝝ rubeaꝝ añ. ʒ. i. spo
dii. ʒ. ß. croci. ℈. ß. ¶ Et si magna fue
rit flāma adde aceti. ℥. ß. cāfore. ʒ. ß. et fi
at epithima cordi. Et quia egritudo il
la ē periculosissīa ne uidearis de cōtīgē
tibus aliquid omittere cum infrascripto
epithimate testes epithīa ut. ℞. aque
ro. l̄. ß. uini albi boni. ℥. i. sādaloꝝ ōniū.
añ. ℈. ii. misce ⁊ fiat epithima quo testes
epithimātur sepe. Cum autē accidentia
augeri amplius nō percipias sed potius
stare frenesiz esse in statu iudica. ⁊ faci
as tūc sic. ℞. olei ro. uiol̄. lactis mulie
ris. añ. ℥. iii. ⁊ simul agita ⁊ locis predic
tis applica. ¶ Uel facias sic. ℞. succi
apii. l̄. ß. olei ro. ℥. iii. ⁊ fac ut prius.
¶ Uel. ℞. et hoc uersus declinationem
magis catulum et dorsū scissum pulmōe
corde et epate in eis derelictis aliis uō
uisceribus abiectis et sic calidum capiti
superpone et cuz infrigidatur amoue ⁊
alium eius loco repōe. ¶ Quod si tot
non habueris in calida aqua hūc repōe
quam exp̄ssā ut s̄ capiti superpone. Ul̄
loco caris accipe arietis pulmonē q ipo
uiuo per dorsuz extrahatur et de eo ul̄
uti de cane facias. ¶ Uel gallum acci
pe et per dorsum scinde et fac ut dēm ē
de cane talia enim materiā attrahunt et
attractam ībibūt ratione cui⁹ ī h̄ cāu q̄z
maxie uz. ¶ Ad hāc ītētionē ualet īfra
scripta embrocatio que. ℞. camomille
sticados melliloti. añ. M. ii. foliculorū
sene. ʒ. vi. cōquassent̄ ⁊ fiat decoctio. ex
qua cal̄a caput embrocet̄. ꝙ ex oleo ca
momilio cū ol̄o ro. nō onfancio tñ ꝑmix
to iungi pōt.

¶ Septimū capl̄m ō his q̄ ad ītra sunt
ī cura frenes ap, ꝓximāda.

Ad ītra uero tuus īfirmus de ī
frascripta mixtura qua hora
uoluerit recipiat. ℞. cōserue
ros. ℥. i. diacoralli. ℥. iii. fiat mixtura dē
aurata. ¶ Uel facias sic ¶ ℞. conser
ue rosarum. ℥. i. manus xp̄i. ℥. iii. corallo
rum ru. margaritaꝝ añ. ʒ. i. ß. fragmēto
rum lapidū preciosoꝝ. ʒ. i. foliorū auri.
numero. xv. fiat mixtura. Manus xp̄i
quoqz ꝯ perl̄. ac quoqz diacōalli ꝯueiūt

¶ Cōueniūt ꝛ ifrascripta. Sirupi ō zi
bes de limoibus, de papauere ō acetosi
tate citri de suco acetose. sirupi ro. ac e
tiā uiol' ꝛ iulep pariter rof. ꝛ uiol'.
¶ Et bii cū aqua zucbari quauis hora da
ri poterūt ul' etiā sine alia mixtiōe. ul' fa
cias iulep tale. de quo ꝓ libito bibat.
¶ Rℨ. sirupi de acetositate citri. ul' ō quo
uis alio libuerit ex pscrtpō .ʒ.iiii. siru
pi de papauere. ʒ.ii. aque ros. aque floꝝ
nenufaris aque endiuie añ. ʒ.v. uini gra
natoꝝ. ʒ.i. uini citonioꝝ. ʒ.ſ. fiat iulep
cum sādal'. ru. aromatizatū. de quo ifir⁹
tu⁹ ꝓ libito bibat. ¶ Potes ité mltipli
cia iulep ex prescriptō tuo mō facere q̄ i
h̄ cāu maxie ꝓueniūt. Sz si ad ꝓuocan
dū somnū magis ītēdere uolueris hora
dormiēdi. ʒ.ii. exhibe sirupi de papaue
re cū. ʒ.iiii. aque zucbari ul' ēdiuie l' lac
tuce. ¶ Uel. Rℨ. aque lactō papaueris
albi cū aqua ros. lactuce endiuie extract'.
ʒ.iiii. sirupi de papauere. ʒ.i.ſ. misce ꝛ
potui dato. uel loco lactis pscripti. Rℨ
ʒ.iiii. decoctionis ifrascripte que. Rℨ. cō
ticis papa. albi. floꝝ nenufaris uiol'. añ.
ℳ.i.ſ. se. papa. al. ʒ. i. se. lactuce qua
tuor seminū frigidoꝝ añ. ʒ.vi. usnee. ʒ.ſ
Cōquassent' ꝛ fiat decoctio qua pscrip
ti lactis loco utere. ¶ Perpauci ī hac
cura de solutiuis faciūt mētionē clisteri
bus exceptis ꝓpter materiam sāguis.
que non per solutiua sed per floboꝛboī
am euacuatur. tamen ī uirtute constāte
materia coacta existente infrascriptis
audacter utere. ¶ Et primum. Rℨ. cas
sie. ʒ.x. l'. ʒ.i.ſ. dissolue ꝑ decoctione ca
pillorum ue. ordei florum boraginis.
quatuor seminum frigidorum uiol'. pru
norum ac tamarindorum et in massa ad
usta epitimi parum adde extracta cassia
parum adiunge sirupi uiolati. ʒ. i. et fi
at potus quez in aurora prebe. ¶ Ul'
facias sic. accipe pruna quotlibet et ea ī
aqua decocta pistantur et ad stamigiaz
uel orale passentur. de hinc. Rℨ. uiol'.
ℳ.ii. tamarindorum. ʒ.iii. bulliāt in ō
coctione que remansit ex pruis. ex qua
expressio fiat deinde. Rℨ. medulle cassie
bene pinguis. ʒ. vi. zuccari ʒ. iiii. extra
be cassiam cū decoctiōe prescripta. cuz
qua zucbaꝝ postea misce. quibus oibus
paste prunorum. ʒ. vi. adde. ꝛ omnia si
mul ad debitam ellectuariorum decocti
onem coquantur. de quo ellectuario ab
.ʒ.i. ad usque. ʒ.i.ſ. cum aqua zucbari. l'
endiuie prebe. ¶ Et pōt solū comedēr
si libet cum sit gustui satis ōlectabile ul'
zucbaꝝ adde ꝛ bolum cōficias. ¶ Q̄ō
si copiosius ifirmū soluere uoluerīs a. ii
usque ad. viii. grāis diagridii audacter
adde. ꝛ erit solutiuū delectabile satis ꝛ
huic casui maxie cōuenies. ¶ Uel faci
as sic. si pur materiā farmaco euacuādū
iudicaueris. Rℨ. reubarbari. ʒ. ii. spice
gra. iiii. Infunde ī aqua ēdiuie modico
uini albi super aspso. ¶ Et horis. x. in
ifusione dimissis fortis expressio fiat. cu
i adde cassie cū ꝑdicta decoctiōe diffol
ue aut ꝑdicte cōfectionis de pruis ʒ.i. si
rupi uiolati tātūdē. ꝛ fiat potus quē tu
o ifirmo ubi materia exuberauit audac
ter exhibe. ¶ Sed ubi potionē nullā ō
deris ellectuario pdicto: nihil opāte na
tura quaq; die utere. qr materiaz diuez
tit ꝛ fumoꝝ ascēsum ꝓhibet. q; ē ī cāu il
lo maxie necessariū.

¶ Tractat⁹ q̄rtus de litargia ī se quin
q; ꝛtinēs capla.

¶ Primū capl'm qd sit litargia que q⁹
q; eius cause.

Ad somnu puocādū

Ad ipē

Ad ipē

Solutiua cauenda

Ad ipē

Si copiosius errorem non noluerit.

Ad ipē.

Veteres plurimi litargiā frenesiz seu sirsen apostēa frigiduz uocāt. qua ex re ut tota significatio huius termini frenesis euacuet̄ tractatm̄ ꝓximū litargie det̄miatio digne subsequit̄ que dr̄ a letos ꝙ ē obliuio ⁊ largos mēs quasi mētis obliuio.

¶ Celula enim cerebri posterior ī q^a meōria uiget patit̄. propt̄ ꝙ ī omni litāgia necessario fit obliuio et sic ab accidēti nomē accipit. ¶ Est igit̄ litargia apostema frigidū ad ītra craneū ī posteriōi celula capitis genitū cū lēta ꝯtiue febre obliuionē efficiēs. ⁊ hui^s cā ītrīseca ⁊ extrīseca esse pōt. ¶ Causa extrīseca ē r̄s quelz nō natural̄ potēs humorē flegmaticū aut melācolicū uaporosum generare ut aer excessiue frigidus. soliti exercitii dimissio otiose ac quiete uiuere somnus debito longior: retentio supfluitatꝫ supflua cōestio: et eoꝝ potissimū qꝫ ī fleuma facile conuertunt. ut sūt fercula caseata. fercula de pasta. porcina caro legumina fructus pisces: et similia quoꝝcumque tamen uolueris supflua comestio idem efficere poterit. ¶ Causa ītrīseca sepius est ipsum apostēa. et int̄dū melancol̄a et talia in meatibus uel pānicul̄ cetulę posterioris cerebri aut ipa substacia cerebri congesta apostema litargicum generat. ¶ Id tamen in meatibus fit sepe ut plurimum ¶ In panniculis autem raro. et adhuc incerebri substācia rarius.

¶ Secundum cap^m de signis demonstratiius litargie.

Signa sunt febris lenta dolor leuis totius grauitas ⁊ capitꝫ precipue facies plūbea que interdum parum tumet albescit ligua sepe in firmus ositat et plerunque post ositationem os apertum detinet cum eum claudere amplius memor non sit in sputo plurimum habundat et potissimum si a fleumate prouenerit oculos ut plurimum ac si dormiret clausos tēt propter ꝙ cū uulgares ꝓfūde dormir̄ putāt qꝛ difficulter ⁊ ñ nisi acutis cū uocibus seu clamor̄ maxio excitat̄. excitatus tñ respōdet. sꝫ illo sine clamor̄ dimissus ī illū ut prius ī naturalē somnū ꝓfūdat̄. ⁊ tantū aliqñ ut huc uel illuc mot^s ueluti īsēsata res trahat̄: ocl̄os nōnūq̄ aptos ōtinet supinus iacet ⁊ si a tali situ remoueat̄ ī breui reuertit̄ ad eundem assellare aut mīgere obliuiscit̄ sepe fleumatice sunt egestiones. urina alba ⁊ q̄si ueluti subiugaliū spissa. Rar^s ac tard^s existit anhelitus. pulsus uero ra^s tard^s magnus ac undosus cū quadā diuersitate. Quod si ⁊ melācolia hoc apostema ꝓuenerit taciturnitas adest minō ñ tantū in somno ꝓfundat̄ stupidus non ita fit plus se mouet plus loquit̄ cū quadā tñ furia plus ocl̄os aptos tenet. ⁊ si ī loco uno respexerit ꝯtiue ocl̄os fixos tenet ibidē. urina fit subtil̄ satis ⁊ alba. pulsus ē durus puus atqꝫ rar^s. ¶ Et ut hanc ab illa discernere scias. cōsidera etatem ꝯplexionē regimē precedēs ⁊ similia. nā cui hoc magis erūt familiaria super illā iudica. distīguētia queqꝫ huius apostematꝫ loca signa sunt. qꝛ si ī substātia cerebri fuerit cet̄is paribus plus ī somno ꝓfundatur īmobil̄ fit magis. ligua quoqꝫ magis albescit. cum q^o plus oculi ab ex̄preeminēt. Si aūt ī uelaminibus dolor erit fortior nō sic ī somnū ꝓfundat̄ leuiusqꝫ mouebit̄. ¶ Auctores aliqui litargiā ī uerā ⁊ nō uerā diuidūt. ¶ Ueraꝫ a flegmate ꝓuenire aiūt. ⁊ ē de qua statī mētio facta ē. ¶ Non uera ex flegmate

cuz colera mixto fieri dicunt. ⁊ ī hac q̄z ī ceteris pl⁹ rixātur īfirmi pl⁹ uigilāt pl⁹ mouētur. nec tāta adest obliuio ⁊ c̄. nā flegmati ꝑmixta col'a accidētia que ab eo possunt ꝓuenire ualde remittit. unde signa ista aliquid de natura signorū frenesis sapiūt. ¶ Uerꝫ talis litargia raro accidit cuz posterior cerebri celula sanguine flegmatico magis q̄m alie due nutriātur ut supra ī dolore capitis dictuz ē propt̄ quod plus habūdat ī flegmate q̄m alie due. que euenit ut illa nō uera litargia rarissime fiat. ¶ Dicūt itē alii litargiam nō uerā solū esse mentꝭ obliuionē que sine fe. accidit ⁊ senibus plerūqz cōtigit. in hiis. s. qui plurio habūdāt flegmate. nam tūc ī celula posteriori tātuz coadunat̄ flegma ut pre nimia humiditate organū memorie nihil aut bene parum retinere possit. ⁊ sic nulli⁹ recordātur. ¶ Et ego senes duos ī cura habui. quoꝝ unus ultra tria nomiā dicere nesciebat. ali⁹ uero non nisi specificoꝝ nominū aut generaliū memō erat unde nū q̄z uel bene raro proprii nomis alicui⁹ r̄cordabat̄. ⁊ ꝯ quēqz uocabat eū ꝑ hoī nē appellabat. de hoc autē ī hoc tractar̄ capl'o mea nō ē cuz causā prescripta diffitio nō ꝯprehēdat. ¶ Sed tu ubi hec cura possibilis fuerit cum bono regimine cum purgātibz flegma ⁊ cum ellectuariis caput ꝯfortātibus. ut tyriacha mitridatū ⁊ ꝯsimilibus eos curabis.

¶ Et si aliquibus huic casui ꝑtinētibus ī diges supra ad capl'm de cura doloris capitꝭ a flegmate ꝓueientꝭ succursū pete

¶ Tercium capitulum de signis litargie ꝓnosticis.

Cum autem ad pronostica ueniendo quedam futuram litargiam et quedam quid ea facta futurum sit denūtiāt. si igit̄ ī fe. cottidiana urina p⁹ ruffa ul' subruffa successiue discolōata et siñ īfirmi aleuiatioē t̄bida per totū appareat. futurā litargiā time. ¶ Et in minori item emitriteo. si urina primo ruffa uel subruffa inferius liuet. et successiue turbida fiat. futurā litargiam quoqz denuntiat. ¶ Tremor itē capitis ubi affuerit ipsius grauitas toti⁹ pigritā paulatina obliuio et maxime etate cōplexione tp̄e āni regimine ⁊ talib⁹ fleumati cōsentiētibus futurā litargiam tīe. Sz quātū ad iā factā si solito urina discolorata magis appareat. Si īfirm⁹ manus īordinate mouet. ¶ Si tremor eū īuaserit. ¶ Si facies plus solito liuet. ¶ Si sudor frigidus eū ī capite ad collū usqz deprehēdat hiis signis apparentibus uel ex hiis pluribus euadet ūq̄m. ¶ Alii dicunt qd̄ si frōti sanguisugas applicaueris et non adeserint morituꝝ infirmum denuntiat. ¶ Dicunt item et alii non solum in hac sed in quacunque alia egritudine quod si ex lardone uel pane infirmi frontem fricaueris ⁊ de hinc canibus apposueris si eū māducet euadet. si uero non minime. ¶ Spes autem salutis adderit si urina coloratior fiat solito si magnificatur anhelitus et si accidentia cet'a r̄mittāt̄. Et si litargiam in frenesim et quam maxime non ueram permutari perceperis.

¶ Quartum cap^m de regimine sex reꝝ non naturaliuz in cura litargie obseruando de flobothomia et uentosis et ul' d̄ omnibus hiis que tam ab intra q̄z ab ex̄ materiam diuertunt et euacuāt.

In cura litargie apostemose quam presens cap^m docz in loco claro et luminoso situādus

est eger in quo uarie ac diuerse sint pic
ture clamor ingens gẽtium frequentia.
ac uarii strepitus fiant. aer ad calidum
et siccus declinet quem cum lignoꝝ for
tium igne ut quercus et similium leuiꝫ
facies ad iram infirmus ꝓuocetur. et
ubi posse detur uratꝫ plꝰ motu ꝓhibea
tur somnus et quantum possibile fuerit
eum euigilatū tene subtili dieta regẽdꝰ
est. pro quo uinum oꝰ uitet. cuius lo
co aqua mellis conuenit. in qua si aliq̃
piperis bulierit grana non malum erit
brodium cicerum rubeorum caulium
quoque leuiter coctorum conuenit et
hiis potes cum aliqua feniculi et petro
silꝰ radices bulire facere. ¶ Et si gros
sius pannatam in hiis brodiis face.

¶ Montonis carnes pernaruꝫ auiū
caponum perdicum fasianorum et taliū
ubi uirtus deficeret. dande essent sed
uirtute constante quātominus cibi sum
pserit melius erit cum a mꝫtitudine ma
teriei q̃ calō naturaꝫ opprimit ꝫ egritu
do ꝓueiat. Sꝫ sumpto cibo illico eẽma
ticet. ligẽt qꝰ qꝫ ut uapoꝝ ad capꝫ ꝓhi
beat ascesꝰ uetris bñficiū vt q̃qꝫ die hẽat
ꝓuocādum é. Et a principio hoc clisteꝝ
statim fiat. qꝑ Re. blitis maluaꝝ mercu
rialis camoille furfuris añ. M. i. fiat ō
coctio. de qua accipe. ł. i. f. in qua dissol
ue cassie pulueris zucharí. añ. ʒ. i. olei o
liue. ʒ. iii. saꝰ triti. ʒ. ii. ꝛ fiat clistere.

¶ Comunibus supfluitatibꝰ eductis ubi i
firmus iuueis uenosus fuerit aliis cum
circūstatiis ad flobothomiā requisit ex
uena media uꝰ cephalica fiat flobothoi
a pauca sāguis tam quātitas extraben
da é. cum potius diuersiois q̃z alterius
grā hoc fiat. uel cū peplo gula strigatuꝫ
ꝛ de uena media frōtis fiat flobothoia.
que iurta doctrinā ypo. laudat a pluri
bus. Cum iquit posteziora capiꝫ dolen
tia. ꝛ c̄. ¶ Alii flobothomia dimissa ue
ne illi sanguisugā apponūt. ꝛ tu faciaſ si
libet. ¶ Sꝫ circa materie diuersionem
sollicitꝰ semp esto. ꝛ hoc cum ligaturis
ꝛ fricationibus fiat. sed pdū uole ꝛ ma
nuuꝫ cum suco rute aceto ꝛ sale mixtis
sepe fricétur. ¶ Sed ubi somni ꝓfun
ditas adest acetum sqlticū prenaleret.
¶ Et nōnulli rusticalī opantes alleuꝫ
pistū cum his miscét ꝛ loca p̄dicta ꝓsor
tāt. ¶ Tu aūt nō nisi i grossis rusticis
hoc facas. ¶ Esse quoqꝫ ad nates seu
ad aliaſ partes inferiores sine scarifica
tione diuertendo materiam mꝫtū cōue
niunt. ¶ Tractio aūt pillorum pectis
et emūctorioꝝ ꝛ i statu egritudis pillos
barbe ac capitis extraheꝝ iuuat mꝫtuꝫ
quocūque etiam morbi tpe in illo ét ca
su quā maxime ualet uox terribilis ūde
non nulli scrophaꝫ ꝓ pedem in camera
ligant que continue clamans eius ter
ribili et acuta uoce hominem euigila
tum multum tenet. ¶ Pro materie
diuersione hoc ab extra fiat. ¶ Ad in
tra uero clisteria ac suppositoria fiāt ꝓ
ut ifra. ¶ Clistere aūt huic casui multū
ꝓueniés Re. maluaꝝ camoille paritarie
mercurialꝫ sticados cētauree mioris. añ
M. i. agarici. ʒ. i. cartaī. ʒ. f. ꝓquassēt
ꝛ fiat decoctio de q̃ accipe. ł. i. f. i qª dis
solue hyerꝑpigre. ʒ. i. f. melꝰ ro. ʒ. ii. plꝰ. zu
ca. ʒ. i. olꝰ coīs. ʒ. iii. salis gẽme. ʒ. ii. fiat
clistere. Et potes loco hyerepigr̄ uti bñ
dcā ellᶜuario ido diaficoe uꝰ ꝓsilꝰ. Sup
positoriū i hoc cāu optimū. Ex duro sa
pone fiat. uꝰ ōcoque mel. ꝛ cū ifrigidari
icipit de felle tauri. uerris porci. uel de
quouis alteriꝰ aialis secū misce ꝛ fac sup
positoria. uꝰ loco felliū pone spēs hiere
magne. āt bñdicte. uꝰ pone ō sale gẽma.
uel de uitro seu ō sale armoiaco. ¶ Et
alii ponūt de lacte ficuum uꝰ titimali.

ꝓuocetꝰ leniter ad
ira
uenit ꝓtimo motu.
obtinet Vigilijs
De cib dicta

ꝓhibeat ascesꝰ
uapoꝝ cū ligaturis

clistꝛ qñ sepe
ponit ꝓ fricā cōu
ctione

flobō. Ch 3ᵉ

Diuisio mā
in eccl
apposit.

obi adest
somni ꝓ
fundus

Adime ex
bibita diu
tetia mig

clistꝛ

Adde
suppositoria

Alii de hermodactilis. de agarico uł el leboro albo de euforbio uł de esula.

¶ Nullū tamē hoꝝ īponas nisi ex oleo ro. per prius īunctū fuerit ł cū ip̄o oleo ro. cerā liquefacias sic ꝙ ad ungueti fōmā deueniat. ⁊ cum tali ūguēto suppositōi a illa semp inūge. ¶ Quibusdā tam̄ nō nisi i magna ꝓfundatione somni uti debes ⁊ hiis potissimum que ita acuta fiūt uomitus i hoc cāu laudat̄ multū.

¶ Si igitur ifirmū tuū satis cōmode euomere posse sciueris. oximel. cū aqua raffani tepidū ad bibēdū prebe. Et ubi uomitus nō fiat cū pēna oleo īuncta euꝫ ad uomēdum iuua. ¶ Et qr passio hec inducias nł̄las accōdat p̄scripta ubi possibł̄e fuerit i die nat̄ ali fiāt. ⁊ si mat̄ia fuerit mł̄ta ut frequēti⁹ ꝯtigit. laudo ut a. ʒ. i. usque ad. ℈. iiii. pillularum cochiaruꝫ descriptione almansoris eidem tribuas. ¶ Uel facias sic. ℞. cinamomi assari carpobalsami xilobalsami ozimi gariofilati croci ligni aloes spice se. peoīe añ. ʒ. ß. coloquintide. ʒ. iii. ß. dyagridii. ʒ. ii. ß. t̄bit. sticados añ. ʒ. v. aloes. ℥. i. fiant pillule cū sirupo de sticados quorūdos. sit a. ʒ. i. usqꝫ ad. ʒ. i. ß. in formā pł̄ueris facias sic. ℞. ℥℥. sticados añ. ʒ. ß. salis gēme. ℈. i. turbit abrasi. ℈. iiii. zuccari ad pondus omnium et fiat puluis.

¶ Uel ex puluere illo sic bolum cōficias. ℞. puluerem illuꝫ sine zucaro qui cum sirupo de sticados incorporetur addendo de zuccaro quātum sufficit. ⁊ fac bolum quē deaura. ¶ Si potionē uolueris. ℞. agarici. ʒ. ii. ß. sticados. ʒ. ß. sal̄ gēme. ℈. i. ℥℥. ℈. ii. ¶ Infundāt̄ i aqua absintihi. addēdo oximellis squilitici. ℥. i. et horis xii. in infusione dimissis fortis fiat expressio quā potui dabis Laus deo.

¶ Quintum cap^m de hiis que sūt ab ex̄ applicanda capiti.

Nunc aūt superest ut aliq̄ capiti applicāda describā. statī itaqꝫ a p̄ricipio caput cū aqua in qua camoilla sticados saluia maiorana betonica. uel aliud ꝯsimile bullierit lauetur. de hinc abradat̄. ¶ Et auic. ⁊ non nulloꝝ antiquoꝝ p̄cepto pupis capit̄ ex oleo ro. cum modico aceti ꝑmixto ꝑūgatur. ⁊ hoc ad duos īfra dies īclusiue fiat

¶ Ego autē talia repcussiua nō nisi in iuuene robusto uenoso tēpore cal̄o. ⁊ c̄ laudo. qr ex eis nō mł̄tū talis mat̄ia repcutit̄. ⁊ de cursu maior fit infrigidatio maior quoqꝫ spirituū īgrossatio. ⁊ ex ꝯsequēti stupor maior. quo fit ut magis ille innatural̄ somnus augeat̄. qd̄ ē i casu illo q̄ꝫ maxīe ꝓhibēdū. ¶ Et ido bonus ille mesue cū aceto oleo ro. i casu i⁹ euforbii paꝝ ꝯmisceri iussit. ut aliqualit̄ que dixi pīcul̄ obuiaret. ¶ Statī ergo a p̄ricipio omībus quibꝫ pot̄is moīs materiā diuertēdi tua sit ītētio. hoc eīꝫ casu priori excepto i infinitū ut īfra loq̄r q̄ꝫ repcussiuū aliq̄ p̄ualebit. ¶ Et si diuersiuis siue repcussiuis usus fueris duobus i primis diebus ex oleo camomillino pupim capit̄ punge. ⁊ cum oleo illo. uel oleo rosato succū apii cōmiscueris erit utile. ¶ Et si i somno ꝓfūdat̄ oleuꝫ de costo cū succo ruthe misce ⁊ pupim ꝯfrica. ¶ Et ubi ꝑ uomitū farmacū. uel perq̄ uis aliud mat̄ia uł eius ꝑs magna fuerit euacuata resolutiuis fortiorib⁹ securius uti pot̄is. ⁊ tūc cuꝫ illo succo rute oleū de euforbio misce. ⁊ ut supra locus ꝯfricet̄. ¶ Qd̄ si ꝑ prius uētosas sine scarificatōe supposueris ⁊ successiue ex dictis fricationē feceris facilior ꝑ poroꝝ aperitionē fiet resolutio. ¶ Et

huic casui unguētū siue ēplastr̄ īfrascri
ptum maxie ualet. ¶ Decoque sub pzu
nis squillā z cum oleo yrino seu de liḷio
ī quo paz euforbii dissolutū sit totuz ad
formā ūguēti deducas. cū quo ut prius
locū punge. ¶ Medicamīa pluza huic
ꝓposito ptinētia descripsissem. sz capl̄z
sequens multa huic capitulo cōueniētia
in se tenet. quia et si passio illa in prora
magis quam in pupi fiat forti tamen
illa medicina pupi q̄z prore securꝰ ap
plicamus. Laus deo. Amen.

¶ Tractatus qntus de ſbetb seu ſube
tia in se sex ꝓtinēs capª.

¶ Primum capm quid sit subetb.

SI quid sit subetb. intl̄lige
re uolumus de somno aliq̄
per prius uidenda sunt
¶ Fit enim somnus ut A
uic. inquit propter reditum spiritꝰ ani
malis ab instrumētis sſus et motꝰ ad ꝑn
cipium cū quo priuātur ipsorum instru
menta ab exitu operationis in ipsis nisi
que necessaria sunt ad hoc ut uita per
maneat. ¶ Somnꝰ itaque est primi uē
triculi cerebri passio nam omnis opilla
tio in eo facta ex cuius cā spūs ad men
bra sēsuum et motus exire nequeūt eū
efficit. ¶ Sed quia ꝑ animaliumꝫ per
fectorum uita necessarius existit inter
res sex non naturales ꝓputatur quia ꝑ
ipsum spirituū in uigil a fit r̄stauratio
alias enim in breui uita finiretꝫ et est qꝰ
que ꝓpter caloris naturalis accentrati
onem que in eo fit cā melioris digōnis
At somnus duplex est. naturalis et nō
naturalis. ¶ Naturalis est ille reditꝰ ſ
pirituū z cetera nō opprimēs naturaz
talitez quod ad se curam uocet. ¶ Nō
naturalis uero est ꝓ̄ter ꝓ̄ter. ¶ Naturalis
ī sup somnus ut nōnulli uetes posuerūt
rōe trium digestionū triplex dicit. forz
mediocris. z suauis. fortis ī prima fit di
gestioē. cum uapozes ī ea resoluti q̄z in
aliis duabus cetis parib⁹ fortiorez opi
lationē efficiāt z ita ī secūda fit r̄spectu
tertiæ qua ex re ī ipsa r̄tia ꝓpter opilaº
nē esse leuē suauis multū fit somnꝰ ī secū
da uezo mediocris. ꝓter tamē istos ut ꝑ
posito mo spectat somnꝰ alius naturalꝫ r̄
petit ois. s. qui ad se curā minime uocat
Unō ī nimia spirituū r̄solutiōe siue pp
exercitii supfluitatē siue coytus uł quō
cūq̄ alit causet sēper somnꝰ ꝑfundioz
multo q̄z ī saitate fit. qui tamē cuz ex eo
patiēs melioramētum ꝓsequat ad se cu
rā nequaq̄m uocat. z talem ꝓsimilꝫ natu
ralē appello. ¶ Ex quibus omnibus li
quet quid ꝑ naturalē z nō naturalē som
nū itelligeze debeamꝰ. ¶ Nam ī sūma
naturalis ē qui ad se curā nullā uocat. nō
naturalis uero eꝫ. ¶ Unde hūs itellec
tis aptius quid sit subetb itelligedū. est
enī subetb somnꝰ ꝑfundus nō naturalis
ab īgrossatione spirituū.. uł forti huōz
opilatiōe nō tñ ꝓpleta ī uiis primi uētri
culi cerebri causata ꝑueniēs. ¶ Cum i
gitꝫ ī uētriculꝫ opilatio profūda fiat nō
ꝓpleta tamē. āt spirituū īgrossatio nimia
Cuius cā sōnꝰ nimiū ꝑfundꝰ fiat. natu
rā talē opprimēs. ut ī debitas opatiōes
exire nequeat ad se tūc curā uocat.
¶ Et talis subetb appellat. ¶ De cuius
causis deiceps ē agēdū. Laus deo.

¶ Capm secundum de causis subetb.

SUbetb a causa extrinseca et ī
trinseca esse potest. ¶ Extrin
seca est res quelibet sua frigi

Ad apiendū porositeb capitis ut ꝓcess z sol nat' mā

tplex somnꝰ nālis

Dē causis somni

Dīffs ſbetb

somnꝰ z. s. mā lis z nālis

Cause ꝓtē

ditate potens spiritus ingrossare seu stupidos efficere ut est aeris excessiua frigiditas seu uini uel cuius uis alteri⁹ ueluti essent narcotica capiti q̄litercūq; aproximata et similia .uulgares .n. medici sepe opium mandragoram iusquiamum succuz semperuiue uel aliquod tale ꝓre capitis applicant ut eius dolorē uel uigilias amoueant .quo fit ut tantū interdum patiens in somno ꝓfundet' ꝙ usque ad diem iudicii dormiat ut ipse uidi. potest etiam substātia a casu ul' capitis ꝑcussione causari et maxime ubi craneum ad intra complicetur. ¶ Stupefactiua quoque in ꝯmestione seu potu data idem facient ad intra uero a grossis uaporibus undecūque resolutis mōuias illas primi uentriculi opilar' possit fortiter sepe fit. ut in prīcipiis ꝑoxismoruz fe. et maxime fleumaticarum sepe ꝯtingit plerunque etiam ab huidtatibus in matrice pulmone epate splene ul' stoāco existentibus uapores resoluunt' qui ad caput uenietes in anteriori celulla opilationez causant et subeth inducūt. ¶ Et idem sepe a uermibus contingit. ¶ Generātur .n. a materia fleumatica putrida a qua eleuati uapores persepe subetiā īducūt. Laus deo.

¶ Tercium capl'm de signis demōstratiuis subeth.

Cum quē in ꝓfundū somnuz eē uides. ⁊ ñ nisi magnis ⁊ acutis uocibus excitari potest. excitatus autē ad ꝓpositū respōdet. sed dimissus i eadē somni ꝓfunditate reuertit' subeticū hūc esse dicito. ¶ Quod si ab aliqua cā exteriori fiat tu eā ab astātibus īuestiga. uez si frigiditas exterior causa fuerit eius color ad uiriditatē tēdit sed nō tumet facies. ⁊ pulsus erit dur⁹ strictus ⁊ rarus ualde. ¶ Si aūt per aliquorum narcoticoꝝ per ītus assumptionez uenerit. in meo de ueneīs signa require. Naz sicuti narcotica īter se diuersa sūt ita ⁊ signa ⁊ tu ibi de opio Jusquiamo fongis ⁊ de aliis coīter noꝫ signa appropriata repies quoꝝ narra⁹ nimis ī lōgū hoc meum opusculum traheret. ¶ At si ī prīcipiis ꝑoxismoꝝ alicui⁹ fe. fiat subeth illius fe. essētiā require. ¶ Cū aūt a matrice stomaco uel alio m̄bro ꝓuenerit cognosces. ¶ Quia patiēs dolorem ac grauedinē ī eo mēbro ꝑ pri⁹ sētiebat. ¶ Et si mat'ia ī cerebro fuerit perātea de eius grauedīe querebat' .aut qr huiditates ꝑ nares aut palatū egredi solentes iam diu retēte sūt: que si fuerīt flegātice albet facies. oculi quoq; tumēt palpebre ꝯsimilr' ⁊ facies que tactu frigida sentit'. ¶ Et si san. rubēt oculi ac facies ipsa. līgua quoq; ei⁹ uene ac frōtis ualdē replete erūt. ¶ Et si huōres ꝑmixti sīt signa quoq; ꝑmixta erūt. ¶ Et si ō hiscertior fieri cupis etatem cōplexionem tps āni precedens regimen ⁊ cōsimilia ꝯsidera qr cui magis attestātur humori super illum iudica. ¶ Pulsus ṽo lat⁹ undosus ac molis erit ipsum aut quod causa uermium ꝓuenerit ꝑ ipsoꝝ signa que suo loco deo duce describent' agnosces. Laus deo.

¶ Quartuz cap^m ō pronosticis sb'eth.

Quantuz ad ꝓnostica subeth in quo patiēs difficulter excitatur si pulsus occultetur futuram appoplesiam denūciat. somn⁹ in apparente sano solito lōgior si per dies aliquot perseueret futurā litargiam paralesim uel aliquam talium egritudi

3m num time. Somn⁹ de nocte augumẽ tat⁹ cui succedit pmixtio ratiois z associat frigori extremitatũ malus scdm ḡr
4m ti. ca°. de signis somni z uigilie. Somni ꝓfunditas cũ debilitate pulsus maluz
5m eodẽ caplo. Subetb i fe. poxismis e ueniés Si ꝓfund⁹ fuerit z i aliquot poxif. euenerit mortale. z in quo poxismo
6m uirtus se debilé repiet patiés morie. Jn uirtute ꝓpter nimiã inanitionẽ ꝏbi
7m li si somn⁹ profundat mortale. Somn⁹ i declinatiõe alicuius egritudis ꝓueniés si fuerit noces mortal' ꝓmẽto illius affo risimi i quo mõbo somn⁹ dolorẽ prestat.

Quitũ ca^m ꝏ biis q̃ i cura subetb ad itra sũt approxianda.

si feb⁹ fuẽ i cõ

Si in febre subetb euenerit essentiã se. considera cui ꝓut in tractatu de fe. te docui remedia adhibe ipsi autem subetb prout statim dicam facias.

si mãcotiõ ndũ ex hibeñ fuẽ cã.

Eius autem q̃ p narcoticorum interius assumptionẽ factam et quo ad ea que interius applicantur in eo de uenenis curam requir.

Jbi enim bezardica cuique a ꝓpriata z alia conferẽtia per ordinem reperies.

si aplicẽio ꝛc⁹ insteñ

Ad id quod ex frigiditate aeris seu alterius intensa nimiũ uel ex emplastratione narcoticorum fit fm ordinem inferius describendum curabis.

si mãi ndẽ st. ꝓ⁹ sanguea.

Illꝰ autem quod ratione materiei in aliquo mẽbro contente fit. citius quam potis illius materiei euacuationem quere. et successiue ad alia medicamia ꝏscribẽda transi. Et ubi materia illa san. seu permixta san. fuerit aliis consentiẽtib⁹ flobotbomiam face. Vel saltem uentosas cum scarificatione. Sed ut de
si mãi sũt plegm incepo ad actum praticum te deducaz materia existẽte fleumatica et in cerebro potissimũ si uirtus ꝓstet dicta tenuissima utere. Et ubi debil' ea fuerit ꝓ ouis sorbilibz ꝓulli cõtuso ul' ei⁹ brodio. aut cum aqua carnis eam pro posse subleua. Vinũ absolute ꝓhibẽdũ ẽ: sed i cãu priori de aliq⁹ optio aliquãtulum aque ꝓmixto dari potit. Nã deficiẽte uirtute frustra laborares. Jn aere cal'o ifirm⁹ situet. cui iram ꝓuocare bonũ ẽ magnis cũ uocibz excitet. z sero fam p pedẽ si libet i camera liga. Exercitii loco ut statiz dicã fiãt fricatões z ꝙ b clisteri spfluuates prie digõis educas. q̃ z. maluaz bliꝫ mercurial' cãoille fuzfuzis añ. ℥i. fiat ꝏcoctõ ꝏ q̃ accipe l'. i. f. i qua dissolue cassie pul'. zucari añ. ℥. i. hyerepigre. ℥. f. olei oliue. ℥. iii. salis triti. ℥. ii. fiat clistere. quo imisso i q⁹uis loco materia fuerit statim ifrascriptum secũdet. quod ℞. camomille sticados mercurial' ysopi cẽtauree minoris eupatorii añ. M. i. agarici cartai añ. ℥. i. polipodii. ℥. f. Cõquassẽtur z fiat decoctio cum aq̃ maria si bũeris z si nõ comuẽz a quã accipe z i clisteri prout ifra describam sal' adiũge. Miraret⁹ forsã q̃ cũ ꝓtinue ꝓ decoctiõe clisteriũ res i tanta quãtitate describã. Cuius oppositiz ãtiquoz pluri faciũt. quia qꝏ i decoctõne clisteriorz res i pauca quantitate ponũt. Et tu scias q̃ hoc ut decoctio meliꝏ fiat facio. nã ut patet mlta rez quãtitas posita i decoctiõe ceteris paribz pfectiorẽ eã efficit. cũ quo sepissime plurib⁹ clisteribus idigemus pluria eni clisteria ab auctoꝛib⁹ descripta comperies q̃ per paucissime sunt uirtuꝫ. Ex decoctiõe igit' predicta accipe. l'. i. f. i qua dissolue hyerepigre. ℥. i. f. cassie. ℥. i. oli communis. ℥. iii. sal' gẽme ubi decoctio nõ fit ex aqua maria seu uitri uel coꝛs. ℥. iii. fiat clistere. Aliquos in hoc casu uidi

3m ℞ camomille sticados mercurial' ysopi cẽtauree minoris eupatorii añ. M. i. agarici cartai añ. ℥. i. polipodii. ℥. f. Cõquassẽtur z fiat decoctio cum aq̃ maria si bũeris z si nõ comuẽz a quã accipe z i clisteri prout ifra describam sal' adiũge.

4m Miraret⁹ forsã q̃ cũ ꝓtinue ꝓ decoctiõe clisteriũ res i tanta quãtitate describã. Cuius oppositiz ãtiquoz pluri faciũt. quia qꝏ i decoctõne clisteriorz res i pauca quantitate ponũt. Et tu scias q̃ hoc ut decoctio meliꝏ fiat facio. nã ut patet mlta rez quãtitas posita i decoctiõe ceteris paribz pfectiorẽ eã efficit. cũ quo sepissime plurib⁹ clisteribus idigemus pluria eni clisteria ab auctoꝛib⁹ descripta comperies q̃ per paucissime sunt uirtuꝫ.

5m Ex decoctiõe igit' predicta accipe. l'. i. f. i qua dissolue hyerepigre. ℥. i. f. cassie. ℥. i. oli communis. ℥. iii. sal' gẽme ubi decoctio nõ fit ex aqua maria seu uitri uel coꝛs. ℥. iii. fiat clistere. Aliquos in hoc casu uidi

6m Aliquos in hoc casu uidi

7m

ut naturā fortius euigilarent. ex solo al
muri q̄ ē ēcludaꝝ seu al'oꝝ pisciū sal'toꝝ
salmoria clisteria faciebant. unū. duo. ⁊
plura secūdum exigentiā ex hiis clisteri
bus face. qr primū ñ solū naturā irritat
sed etiā materiā trahit a capite q̄ omni
bus possibilib⁹ mōis fiēdū ē. ¶ Et si h̄
per suppositoria facere uolueris. hiis q̄
supra ī litargia descripta sunt utere.
¶ Quib⁹ factis si os aut dētes clausos ha
beret cū cuneo ligneo seu cultello dētes
aperi ⁊. ℥. i. ß. hyrepigre cuꝫ uino cal'o
distēperato ī eius os ꝓiice ⁊ ab omībꝫ
īgeniis ut eā trāsglutiat facito. ¶ Qd̄
si trāsglutire pillulas posset pillulaꝝ co
chiaꝝ. ʒ. i. ul'. ℈. iiii. dato. Uel hiis uter̄
solutiuis. q̄ ī litargie cura supra descri
psi. ¶ Uomitus ut supra de cura litar
gie dictū ē mire iuuat quē ut illic descri
bitur ꝓuoca. ¶ Et ut de hiis que ī or̄
ponūtur me expediā cuneo illo sic īt̄ dē
tes retēto palatū cū fino balsamo ꝯfrice
tur. ¶ Lingua quoqꝫ ac radices eius l'
idē cum sola aurea alexādria seu anacar
dina ꝯfectione fiat. ¶ Uel eā cū calido
uino distēpera ⁊ idem face. de q̄ si trans
glutiret iuuaret ad hoc. ⁊ ido tyriacha
seu mitridatū ī uīo dissolutū ⁊ potui da
tū q̄ꝫ maxīe ꝯuenit. ¶ Sed dū fricatio
nes īfrascripte fiēt ut saliua liberi⁹ egre
diatur caput īclinet' alias suffocari pos
set īfirmus. ¶ Et ubi ipse gargarizare
posset ℞. ysopi maiorane sticados ā ñ
M. i. ß. caricaꝝ numero. vi. seīs sinapis
℥. i. Cōquassentur ⁊ fiat decoctio. de q̄a
accipe. ℥. iiii. oximellis squilitici. ℥. ii. mi
sce ⁊ gargarizet īfirmus. Alii cū decoc
tione illa aureā alexādrinā ul' anacardi
nam confect⁹ miscēt ⁊ gargarizare faci
ūt. ¶ Et alii hyerāpigrā. quā sūme nisi
esset tāte amaritudīs collaudarē. Que
uero ꝑ nares attrahūtur sūt caputpur
gia sternutationes uel odoramenta seu
suffumigia. ¶ Caputpurgia aūt sic faci
as. ℞. aque maiorane uel eius decoc
tionis. ℥. iii. succi blitis. ℥. ii. mellis. ℥. ß.
simul tepefiant. ⁊ per nares attrahant̄
uel cū aqua illa succum yreos ꝯmisce. ⁊
ē ī illo casu ultimū ⁊ expertus sū. ¶ Alii
accipiunt succum radicis sābuci. vel ebu
li et tu facias si libet. ¶ Sternutatoriū
autem fiat ex pipere uel alio aromate
acuitatem habente. uel ex eleboro albo
et talia naribus insufflentur Et ego ali
as sic feci ¶ Accipe petiā lineā subtilez
et ex ea tentam confice quam in aq̄ ma
iorane ul' decoctionis eius madefacias.
de hinc eam ex elleboro. uel ex puluere
alterius sternutare facientis asperge ⁊
in nasum immitte eam circumuoluendo
nam sternutationem inducit et sopitam
naturam potenter euigilat. ¶ Et idem
faciet accetum fortissimum persepius o
doratum et añ ipsū quocūque casu ꝯue
nit. Ex odoramentis tamen appropria
tis est lignum aloes muscum. nux musca
ta squinātum uel castoreum odorare.
¶ Et ille bonus Jacobus furliuiensis
cum alesandrina aurea cum calido uīo
distemperata nares inungebat iuuabat
plurimuꝫ. Alii fumum capillorum com
bustoruꝫ naribus apponunt. ¶ Uel cō
nu capre uel asse fetide seu galbanum
seu pellis edi.

¶ Sextum cap^m de hiis que ab ex̄ in
cura subeth st̄ applicanda.

Nunc autem superest que exte
rius sunt applicanda describe
re dolorose autez ligature ad
brachiorum adiutoria fiant et ad coc
xas item fricationes uero ad ex̄ma silz
pedū ac uole manuū cum acceto ⁊ sale

bētosse

confricentur. ¶ Ventosas item super spatlas pone quas sine scarificatione se pius reitera eas item super nates ät sb police ponere potes a superioribus .n. potenter attrabunt.ac uapores diſtūt.

aphoñm empiti

¶ Et ut ea capiti ꝓueniūt melꝰ applicari queant ex decoctione camomille stichados rute aneti apii foliorū lauri origani uel similꝫ caput lauetur de hinc abradatur et tali medicamine proraz iūge. ¶ Quod. ℞. pulꝫ. piperis nigri. ʒ. f. castorei. ʒ. ii. misce cum lacte mulieris ex quo proram confrica. ¶ Vel idē cū saturegia cum acceto forti trita faciaſ.

ad idē

ad idē forteꝫ

¶ Quod si fortius eo. ℞. ficꝰ quot libet .et de uuis passis quas succesſiue pista et de illa pasta accipe .ℓ. f. puluerisꝫ sinapis. ʒ. i. f. euforbii fimi colūbini añ. ʒ. f. aceti fortissimi. ʒ. i. f. et ad fōmā ūguēti fiat quo utere. Ego autez in tali casu talia fortia medicamina non minus ꝓ pupi quaz capitis prore applicata laudonam cerebrum clarificando et materiā a prora diuertendo quā maxie iuuant. ut experientia didici ¶ Quidā .n. bonꝰ praticonus hiis diebus succum semper uiue et nescio que alia stupefactiua sup frontem cuiusdam robusti iuuenis febricitantis apposuerat qui nullis remediis euigilari poterat .et in ea fortius medicamina pupi applicata q̄m prore operari reperiebam et inter cetera bꝰ q̄m maxime ualebat quod sic fit. ℞. bois capillis cōbure de quo puluere. ℞. ʒ. ii. castorei. ʒ. f. cum succo rute et acceto simul incorporentur. de quo pupi fiat inunctio. ¶ Si autem subeth in fe. euenerit euigilare infirmū ꝑ fricationibus. ligaturis .uentosis. uociferationibus et aliis huiusmodi tua sit intētio. ¶ Quo euigilato materiam euacua. Et quibꝰ modis poteris eā ad inferiora diuerte successiue ne uapores ad caput ascendāt prohibe. ¶ In quo casu accetum odorare multuz ꝓdest et proraꝫ ac frontem cū rosato oleo modico aceti ꝑ mixto perūge et si uapores non tātum repercutere ualeas qui in somnū ꝓfūdū cadant cum hiis que dicta sunt te iuua Laus deo.

hoc ꝯ de mente alicuꝰ dicꝰ ꝯm̄ mesue

si subetꝫ ꝯfebꝰ euenerit

¶ Tractatꝰ. viꝰ. de icubo seu epialdes tria i se ꝓtinēs capla.

¶ Primū capl'm qd sit icubꝰ. seu epialdes. ꝛ q̄ cause.

OIspoſuezā dñe epilēſie pñtem locū accōmodare. sed dñs icubus familiaritatē quādā cū subetia se habere affirmabat ꝛ cū epilēſia sāguineitatē ꝓpīquā ꝓpt̄ q̄ ut mediꝰ iter hec duo situet obtinuit. Sepe accidit ut uie per q̄s spiritus a corde ad cerebrū deferūt ꝛ a cerebro ad mēbra cetera grossis ab buiditatibꝰ opilātur ꝛ pupis q̄z maxie. quo fit ut mēbra debitis suis motibus careāt. qr tūc cum pectus ad neccessarias diuersiones dillatari nequeat diafragma ꝓstrīgitur ꝛ ab ipo pl'mo a pulmōe uero cor. qua ex cā cor ipsum debite dillatari nō pōt ꝛ tunc ifirō super se ut pōdus uel fantasma talez habeat ꝓhibēs dilatationē apparet. ꝛ cū extrema ꝓpt̄ illā opilationē citius spiritibus q̄z mbra ceta ōpaupāt fātasma hoc a pedibꝰ initiuz facit. ꝛ paulutie fm q̄ mēbra ipsis spiritibus priuāt sursuz repit q̄ uulgares demonē homines sufocāte putāt. ob hoc ergo passio hec incubus appellat. q̄ è nomē demonis. ¶ Alii uetulas quasdā icātantes que se in formas uarias ut inquiunt mutare possunt hoc facere putant. ꝛ eas strias seu

incubus .i. ut mrn

ꝓbis .i. sin gis

zobianas nostri uulgares appellāt. que ut dicūt gatoꝝ formā sepi⁹ accipiūt.

¶ Hec credulitas ob hoc ortū habuit qr passio hec lactātes sepe deꝑhēdit quos tūc suffocat. cuius cās ul'gares ignorātes uetulas illas zobianas illud fecisse putāt. Ex dictis itaqꝫ quid sit īcub⁹ apparet. Et enī egritudo grossis a uapōibus uias spirituū cordis ad cerebꝝ seu pupis ad mēbra ceta opilātibus ꝓueniēs, i qua patiēs supra se pōdus aut fātasma pōderās habere putat. hoc ut plurimū i somnis accidit. ex hiis potissimū q resupine dormiūt. ¶ Quātū ad cās ītrīseca. ⁊ extrinseca esse pōt. ¶ Extrīseca ut ītēsa caliditas l' frigiditas. nam frigiditas dormitāti supueiens ⁊ uias spirituū ꝯprimēs īcubum efficit. ¶ Intēsa uero cal'itas iterdum huōres ī uaporē conuertit qui postea uias illas opilat ⁊ īcub⁹ īducitur. ¶ Accidit item cū quis sup magnā repletionē dormierit. grandis. n. repletio ē īcubi plerꝝqꝫ cā. nā stomacus replet⁹ ꝯprimit dyafragma. ⁊ ipse pulmonē. pulmo uero cor quare ⁊ c̄.

¶ Causa ītrīseca esse pōt quilꝫ humor a q⁹ grossus uapō eleuat⁹ sufficit. ī uiis dcis opilationē īducere. ut sāguis col'a fleuma ⁊ ml'ia.

¶ Capitulum secundum de signis īcubitā ꝓnosticis. quā demostatiuis.

Egritudīs hui⁹ demōstratiua signa per īfirmi narratōnē deprehēdes. In causaꝝ uero cognitōeꝫ sic deueies qr si extrīsece fuerīt te de eis patiēs īfōmabit. ¶ Quātū ad ītrīsecas si sanguis in causa fuerit rubet facies oculique tumēt frōt⁹ ⁊ timpoꝝ uene p̄cedēs regimē etas ꝯpl'o ⁊ similia sāguini cōsētiūt.

¶ Et pariter ꝺ fleumate colera ac melancolia secūdū ꝓpria signa iudicabis q̄ supra pluries descripta sūt. hāc passionē greci epialꝺs uocāt. quā. Gal'. ī libro ꝺ iuuamēt⁹ anhelit⁹ capl'o fo epilēsiā ī sōno esse dicit. differt aūt h̄ ab epilēsia. qr h̄ ī pupi. ⁊ illa fit ī ꝓra. ¶ Mat'ia itē epilēsie uenēositate ꝑticipat. h̄ v̄o nequaq̄ꝫ. ¶ Et t⁹ qr ī epilēsia fit sēp spasm⁹ in hac uero minime. ¶ Ex dcis patent sat⁹ itelligēti signa ꝓnostica cuꝫ pl'ime sit egritudies q̄ ab opilatōe uiaꝝ spirituuꝫ ꝓducūt. ¶ Si īcub⁹ ille ꝑseuert patiēs ī aliq̄ꝫ illaꝝ facile cadit. ut ē epilēsia appoplesia paralef spasmus et mors subitāea. ⁊ c̄. ¶ Et si h̄ mala bestia. s. īcub⁹ hoī uigilāti uenerit. erit ꝑicl'osiō ml'tū.

¶ Capitulum tertium de cura īcubi.

Si a sanguie īcubus ꝓuenerit subtilit' dieta et res sang. ml'tiplicātes deuitet. quaꝝ doctrina in cura doloris capitis a san. ꝓueniētis tibi data fuit de hinc supfluitatibus prīe digestionis emiss ubi cetera cōsentiāt flobothomiam iube. Et ubi magna fuerit sanguinis quātitas siue plectoria a sapheis incipe. successiue ad cephalicas ueni. ¶ Quod si etas uel aliud flobotomiam prohibeant. in locis debitis uentosas appone. et de hinc alia secundum exigentiam prout capitulum allegatum te docet exquire. ueruꝫ ubi colera fleūa et melancolia in causa fuerint in capitulis doloris capitis hiis causis correspondentibus curam require illic enim fm humoꝝ exigentiam digestiua solutiua fricationes stricturas uētosas diu̇siuas et gargarismata et breuit' omnia huic ꝓposito necessaria ordinate comperies. ¶ Et propter hoc breui

tati parcens cū illic omnia reperies ne cessario huic capitulo finē impono.
¶ Laus deo amen.

¶ Tractatus septimus de epilensia. in se octo continens capitula.

¶ Primum capitulum quid sit epilen sia que cause et quibus fit in locis.

Non aliter q̄z cōrelatiua sōp̄n⁹ z uigilia quādam quasi iter se affinitatē habere uidentur. pp quod plurimi rationabīle puta rent. ut post egritudines que i somno uł ex somno eueniunt uigilia collocarez q̄ factū esset. sed inter subetb. incubū z epi lēsiā quo ad causas z curā maiorē mīro q̄z inter somnū z uigiliam simboleitatē inuenio. z hāc ob causam ipsi epilensie presens capitulū accōmodaui iferi⁹ tñ uigiliā ipsaz digno loco collocabo. Est igitur epilensia morb⁹ plurimum ubiqz notus. Is enī omnes apud natiōes ha bitat. z familiarius certe q̄z cuperēt. pp q̄ uariis nōibus appellat. s. epilēsia ye ranosō. diuinatio eradea seu berculea pedicon. morbus comicialis morbus ca ducus morbus lunaticus et mał puero rū. Sz dr epilēsia ab epi q̄ ē supra et le sis lesio. q̄si supioris ptis lesio. q: capitī. pper q̄ dicūt qdā q̄ epilēsia dicit ab oppressiōe mētis et sēs⁹ gb⁹ occupatio corp⁹ quoqz a suis opationib⁹ ipeditur. Et ob hoc nōnulli eā yeranosō uocant quod q̄si passio sacra interpretat uel es eniz cum anime cōtemplationes manife stius in cerebro quā alio in mēbro dep̄ henderent eū anime tēplum appellarūt q̄ a contemplādo dictum est. ¶ Et cū templa comuniter sacra sit ipsum cere brum locum sacrum appellauerūt. ideo yeranosō dixerant diuinatiō aūt a gb⁹ dā dicitur. ut ille bonus sapio inqt. qr eā ex pte demonū pueīze putabāt sz et⁹ pace illa eoz nō fuit ītētio. sz eaz appel labāt diuinatio. qr i epilēsia in q̄ fortis fit opilatio sēsus. omnes exteriores ita ligātur. ut fere ab oībus eoz opatioībz uacēt. pper q̄ aia rationał aliūde nō i pedita i suo simplici esse quasi remanet. quo fit ut quādoqz futura deprehēdat. amoto itaqz proxīmo pluria psepe futu ra predicūt unde uulgares causaz igno rātes demonū uirtute hoc fieri putant z hāc ob cām diuinatio nōnulli ueteres hūc mōbum appellāt. ¶ Et ego quēdā iuuenē colertō uidi qui se aiebat i proxīs mis semp miranda uidere. que sūme cu piebat īris demādari ille. n. i dubio futu ra esse spabat. hāc igit ob cām ueteres di uinatio hūc morbū appellant ¶ Dicunt aūt eradea seu berculea. qr ipsa ueluti. hercul fortis ē egritudo ł q: ipse eā pas sus ē. ut poete ferūt. ¶ Et q: passio hec pueros q̄z maxīe deprehendit pedicon a quibusdā dicta ē a pede grece. q̄ ē lati ne puer. uel ut alīs placet ab inordiata pedū motiōe que i huius passiōis proxī mo coīter fit. ¶ Morbus ité comicia lis a comitiis dictus est. erāt. n. comicie populi romaī i campo martio in kalēdis Januarii p̄creādis magistratub⁹ q̄uét⁹ ¶ Et si forte tūc quēpiā hic morb⁹ inua deret comitias ad dié alīū deferebāt.
¶ Et sic morb⁹ comicial dict⁹ est. Cadu cus aūt dicit q: quē deprehēdit cadere fa cit. Lunaticus uero. qr fm lune uarios aspect⁹ plīmos iuadit. Et pueroz mał qr sepius q̄z alios pueros deprehēdit.
¶ Omnia tñ que dicta sunt ueram egritu dinem que epilensia ab auctoribus nun cupatur iportāt et hoc de noīe ¶ Quid autem sit epilensia nunc inuestigandum

Declarat epilē sia uariis nomi nib⁹ uocarj
cur sī yeranosō
cur dīuinatio
cur caducus
cur lunaticus
cur pēdon
cur comicialis
qd epilē sia

é. unde Gal. 3° de iteriorib9 ḡrto ca°.
Et i libello de iuuaméto anbelitus.
¶ Et ité Auic. pria ptii. capitulo ꝓprio.
Et ut plurimū auctores alii i b cōuéiūt
ꝙ i prora capitis pricipal'r hec passio
fiat. esto partes alie cerebri per colligā
tiā occupate teneātur. alias hāc patien
tes egritudinez de poxismo omés recō
darétur. cuius oppositū ꝓtigit i plurib9
fit igit' ad bonū itellectū a uapore buō
re uel uéto. uapor. n. seu uétositas i cer̄
bro genita. uel aliūde uenies si secum a
liqua uenenosa qualitas iuncta sit cere
brum aut eius pelliculas mozdicādo p
cutit. uñ sentiés nocumétum ꝓtrahit' a
ac cui9 ꝓtractionē orta ab eo cōtrabūt'
puta nerui qui uersus suam originē tra
cti spasmū efficiūt. ¶ In tali aut̄ spasma
tione ḷēuī ꝙ ꝙ cōtractione fit in uiis
spirituū opilatio. pp ꝙ ad mēbra trāsir̄
nequiētes motu ⁊ sensu ea priuat. ⁊ sic
patiés cadit. ¶ Si aūt fiat de huōribz
per prius causatur opilatio qua, phībe
tur trāsitus spiritus sensibilis ⁊ motiui
ad aiata mēbra successiue ꝓtractio. siue
spasmus. nam cū huōzes illi i pellicul' ce
rebri seu meatibus imbibatur. crescūt i
latum ⁊ in lōgum accurtātur. quare ne
cessario trabūtur. ad quoꝝ retractioez
orta uersus suam oziginē quoq trabūt
spasmus ide fit. ¶ Ex quib9 patet. qō i
casu pmo pr̄9 fit spasm9. ⁊ successiue o
pilatio ⁊ i fo pri9 opilatio. ⁊ successiue
spasmus. nl'la tñ i epilésia itegra fit opi
latio. tūc enī tā motu. q̄ sensu oia mēb9
carerét. cuius oppositū uidem9. ¶ Ex
qb9 omib9 quid sit epilésia maifeste pz.
¶ Est enim egritudo cerebri ab humidi
tate uapore seu uentositate uenéositatē
q̄ndā pcipātib9 ,pueniés quoq cā i se ip
sam contrabitur et in uiis spiritus sen
sibilibus et motiui opillatione facta a sé
su et motu esto nō integre mēbra anima
ta priuantur. ¶ Ex dictis item patet
uaporé uentositatem aut humorem ad
bonum intellectum uenenositate quadā
participantes esse causam epilensie ime
diatā. ¶ Gal' nāq3 Raf. ⁊ Auic. opiōez
ꝙfirmātes epilésiā nisi aliq̄ i fluente uē
tositate fieri posse baud q̄quā putāt. ꝙ
p anotoizatas oues hūc patiētes mōbū
,pbant in quorum capitibus sp humidi
ditas uenéosa repta est si ea bora. s. q̄a
paroxismus eos inuadat anotomizātur.
¶ Sed est ,p declātione maiori ad cā
rum epilésie inuestigationem pticulari9
transeundum. ¶ Ille igitur intrīsece.
et extrinsece esse possunt. ¶ Extrīseca
rum quedam ineuitabliter ocurrūt et q̄
dam non. Ineuitabilitez occurrétes sūt
sex res non naturales. vt est aeris exces
siua frigiditas timor igens. somnus de
bito lōgior. quies superflua nimia reple
tio. ⁊ cibi ac pot9 iconuenies assumptio
¶ Que aūt euitabilr occurrere possūt.
sunt i sūma omé excellés sensibile potés
sesum corrumpe. ut res horribilis aspe
ctus quoq rei mote circularit' ⁊ siliuz.
¶ Sonus tribil' ut tonitrui ul' alterius
rei. fetidi aeris. uel alt'ius rei olfatio. ac
quorundam quibus inducendi epilensi
am proprietas est. ut odor apii, cornu
capre fumi quorūdā fungoꝝ ac alioruz
pl'imoꝝ gustabilia ac tangibilia pluria
idem efficere possunt. ¶ Quātum ad i
trīsecas a quolibet huōre pōt idifferenr̄
,puenire frequētius tam a fleumate ⁊ ra
rius a colera. ¶ Sed rōe loci triplicez
denoiationem recipit. Nam cū p cām
propriā i cerebro existentē causat' dici
tur epilésia. et si a stomaco analésia. ab
aliis uero mēbris catalésia. ¶ Unde r̄
fert. Gal. 3° de iteriorib9 capīo. vii°. ꝙ
a police pedis uapō quidā puello elleua

batur qui cū cerebrū attīgebat ī epilēsie
poxismū cadebat cuius causa erat uapō
ille a materia uenenosa resolutus. sepe
enī ī m̄bro aliquo fit opilatio. cuius cau
sa nulla fit trāspiratio nullus quoq; spi
rit⁹ ad humorē illuz attīgere potest. q̄re
corrumpit̄ ⁊ putrefit a quo tunc elleua
tus uapor per eas uias ꝑ quas spiritus
¶ Sz ubi tanta nō fuerit sāguinis plectoria cephalicas p̄mo. de hīc nasi ueās flobotoma. uerū ubi ī prīcipio affueris et materiā ī fluxu percipias cū ol'o ros. et aceto conquassatꝫ caput inunge ubi ueō materiā fluxā percipies id haud q^a q̄m facias. item hoc clistere fiēdum est. Quod ¶ ℞. malue blitis mercurialis sticados camomille centauree minoris añ. M. i. fiat decoctio de qua accipe. l'. i. ſ. ī qua dissolue hyrepigre. ℥. i. cassie pul'. zucari añ. ℥. i. mellis ro. ℥. ii. olei oliue. ℥. iii. salis triti. ʒ. ii. ⁊ fiat clistere. ¶ Sternutatio ex pipe elleboro albo stafizagria uel aliquo tali successiē sic fiat. ¶ Et ut dētes nō frāgātur ⁊ ñ sibi īfirmus linguā amputet cune' ligni inter dētes apponat'. quo facto līguā aut palatum ex mitridato tyriacha aur̄a alexādria ꝯfectione anacardia. aut fino balsamo punge. ¶ Et si spuma ad os fluxerit idem nequaq̄z facias. nam illa ꝓpinquā mortem denūtiat. ea enim ab humiditate pulmonis ꝓuenit in qua ꝓpter fortem ebulitionē caloris naturalis ī cōde qui ut debet euētari nequit grādis fit agitatio. ⁊ hiis perseuerātibus qui calō ille suffocet' diu stare nō pōt ut īquit ¶ Gal'. quīto. de īteriorib' capitulo prīo ¶ Isto modo ergo ad os spuma cātur que ut patet caloris extinctionem denūtiat ꝑ ꝯñs mortē ꝓximā quare si qdq̄z in os apposueris te īfirmū suffocare dicent. ¶ Si itaq̄z īfirmus tuus ex hiis nō reminiscit' que sequūt' ī cura apoplesie fleumatica fortiora medicamīa face ¶ At quia omnia simul scribere nō potui. ⁊ cū multa sil' fiāt necesse ē epilogando dicta ad actum praticū te ordinate deducā. ¶ Pronostico primo utere. fricationes ac dolorose ligature successiue fiāt. ⁊ materia in fluxu existente cū oleo ro. ⁊ aceto cōquassatis caput inunge citius q̄m potes ⁊ ex saphenis ul' basilicis flobotoma. ⁊ de hīc clistere quo emisso flobothomiā ex naso reitera. deī de uētosas diuersiuas appone. postea uero fiat stranutatio ⁊ successiue de mitridato. siue de aliquo ex dictis ī os proposse mittatur. ¶ Et ordo ille ī appl'ia sāguinea ſuandus ē. ¶ Nunc de fleūatica cuneo inter dentes ut supra posito ligature fiant dolorose digitorū plicatio. ac sub unguibus subtiliū cānarū uel stilli alicuius appōne. ¶ Coxe uero nates ⁊ anche cum uirgulis acriter uerberētur extremitates cū sale ⁊ aceto fricētur. ⁊ uētose in iam dictis locis diuersiue ponātur.. ¶ Et qꝛ passio hec a plectoria magna ut plurimū accidit uet'es cephalicarum flobothomiā laudāt quā ubi cetera nō ꝯueniāt facias. san. tamen nō ī multa quātitate extrahatur. ¶ Successiue uero tale clistere fiat. ¶ ℞. calamēti origani camoille sticados cētauree minoris saluie añ. M i. agarici cartami polipodii. añ. ℥. i. colloquītide. ℥. ſ cōquassentur ⁊ fiat decoctio. de qua accipe. l'. i. ſ. In qua dissolue yerepigre. ℥ i. ſ. mell' ro. ℥. ii. olei comunis. ℥. iii. salis gēme. ʒ. ii. fiat clistere ꝙ semel aut totiens imponatur. ꝙ notabil' humoꝝ quā

Suppositoria

titas egrediat uel loco eius suppositōi um cum duro sapone felle thauri inūctū fiat. ¶ Uel facias sic ℞. salis gēme agaricici. aā. ʒ. i. f. scamonē. ʒ. i. mell' co cti quantum sufficit. ꝛ fiant suppositori a. de hinc aut stranutationē cum ellebo ro albo euforbio piretro sinapis succo yreos uel aliquo tali ꝓuoca. ¶ Rasis uero succum unius teste allei i naribus iubet pōi. ¶ Castōeū quoq; oppopōa cum ꝛ galbanum naribus ut odoret ap ponetur. ¶ Aquam quoq; uitis paruꝫ ¶ Item oppoponacis galbani ꝛ eufō bii in oleo amigdalaꝝ amaraꝝ dissolue ꝛ de eo guttule alique i nares apponāt deinde si possibile fuerit cum modico o ximellis. ʒ. ii. anacardine ꝓfectionis fac trāsglutiat. uel tyriache seu mitridati tā tūdem. ¶ Cum pēna item oleo intincta ꝛ in gutture missa si fieri potest uomit' ꝓuocetur. super collum ꝛ in principio spine sicca uētosa apponat. ¶ His fa ctis cum calido uino albo decoctionis saluie rutbe sticados maiorane ꝛ camo mille caput lauetur ꝛ abradat. ꝛ ex tali unguēto totum perungat. ꝙ ¶ ℞. o lei de euforbio. ʒ. i. terbentine. ʒ. i. f. fa pini oppoponacis aā. ʒ. iii. sulfuris. ʒ. ii castorei. ʒ. i. ducātur i mortario donec ad formā unguēti deueniat. quo postea utere. ¶ Uel more rasis. accipe casto rei. ʒ. f. puluerīs sinapis. ʒ. ii. cum aceto fortissimo simul icorporētur. ꝛ ex tali caput inunge. ¶ Uel facias sic. ℞. ca storei. ʒ. f. fapini euforbii. aā. ʒ. i. se. sia pis. ʒ. ii. cum oleo uulpio. ꝛ de pipib'. āt de euforbio simul i mortario ducātur. ꝛ ex eo ad formā unguenti ōducto a ꝑn cipio spine usque ad medium dorsi fiat inūctio. ¶ Et ubi illa non ꝓtulerit ser taginem ferreā concauam ualde. aut ca pellum ferreum. ꝙ nostri antiqui patres in bellis ꝓo tutamine capitis deferebāt igniri faciās. ¶ Et supra caput ita ꝑ pe ponat' ꝙ capilli uel caput abrasuꝫ si fuerit aliqui pili ibidem positi bustulēt ¶ Cumq; ifrigidari icipit. eum calidū ut supra reitera ¶ Quod si nec bonus homo reueniat presbiteris eum relinq; qui ex oleo sancto pexūgāt ¶ Laus deo omnipotenti amē.

Sternutatoria

Capitis labia

Sarraga ferea

¶ Tractatus nonꝰ de paresi in se. viii. cōtinēs capla.

¶ Primū caᵐ qd sit paref. que quoq; sūt eius cause.

apoplexia

¶ Nonnulli ueteres paresim cuꝫ ꝓpterea quod simul hñt affini tatem in uno caplo posuerunt ¶ Nam ubi uētricloꝝ cerebri atq; ner uoꝝ omnium fiat opilatio apoplesia in de ꝓuenit. sed cum solūmodo neruoꝝ qᵈ rūdā opilatio talꝫ fiat. ꝙ spiritus sensibi les ꝛ motiui. ꝑ eos trāsire nequeāt. mē bra quibus nerui illi defuiunt motu atq; sensu priuari necesse ē. ꝛ talis passio ꝑ aref nūcupat' q̄ nihil aliud ē quā mēbro rum relaxatio ꝓpter neruoꝝ opilatioēꝫ causata in qua tam sensu q̄m motu mem bra illa omnio ꝓuāt'. ꝛ hoc ē ꝙ hoc uo cabulum paref sōat. quia paref grece la tine relaxatio. ¶ Huic. iter relaxatioēꝫ ꝛ paresim tamen ponēs differētiaꝫ dicit ꝙ paref dicit' cum ps aliqua seu tota cō poris medietas relaxatur. ꝛ hoc ut ait ꝙ uocabulū illud paref in arabico sōat quia idem ē ꝙ ps uel medietas. sed mol lificatio ē cum totum corpus pret' cap' r laxatur. ¶ Nam si caput quoq; relaxe tur. esset apoplesia ꝛ non paref. ¶ Et ex his patet primo iter paralesim ꝛ mol lificationē differētia. ꝛ ea quoq; que est

apoplexia unde fiat et quomo a paralesi differat ꝑ ultimum unde fiat paralesis.

vomit ꝑm nares. dñs ultimum paralysim et relaxationem

inter paralesim mollificationem ⁊ apoplesiaꝫ talia.n. solũ ſꝫ maiorẽ ãt mĩorẽ opilationeꝫ differũt. ¶ Alii palesim enervatõnẽ appl'lãt.ab e. ꝙ ẽ ſie ⁊ neruis q̃t ſie neruis.quia paleſi patiẽs ſꝫ paletica tam partem ſine neruis eſſe uidet'. cum motu atqꝫ ſenſu quoꝝ ipſa ſunt iſtrum̃ta careat. ¶ Auctores tam̃ iſtis tribus terminis.ſcilicet mollificatio.paleſ. ⁊ eneruatio.tãq̃m ſinonimis utuntur.

¶ Paraleſ autẽ duplex ẽ.ſcilicet uniuerſalis ⁊ ꝑticularis. ¶ Particularis ẽ q̃ aliꝙ unum mẽbꝝ deprehẽdit. ut ẽ brachium manus pes ⁊ c̃. ¶ Uniuerſal' eſt illa que corporis totius medietatẽ.aut capite excepto corpus ipſum totum.nã ſi ſimul caput ambobus cum laterib' paleticum foret eſſet ut dictũ ẽ.apoplesia ⁊ non paraleſ. ¶ Nunc de cauſis que extrĩſece ⁊ intrĩſece eſſe poſſunt. ¶ Extrĩſece ut res quelibet nõ natural' in neruis quouis modo tãtam opilatiõnẽ iducere ualẽs quod ſẽſu ⁊ motu mẽbra quibus nerui illi deſeruiunt omnino priuẽtur.ut aer uel quoduis aliud frigiditatꝫ aut caliditatis itẽſe. ¶ Supflua coẽſtio ⁊ maxime piſciuꝫ ferculi caſeati de paſta ⁊ ſimilium.frequẽs itẽ crapl'a ſomn' ſuperfluus dimiſſio exercitii.ira ac timõ ĩgens nimia coytus frequẽtatio. ¶ Superfluitatum retẽtio.⁊ ita neruoꝝ confractio.ſeu atrictio.ac eoꝝ ſcõm lõgum ĩciſio.caſuſ.percuſſio.diſlocatio.mẽbri fractura. ⁊ ſic de aliis. ¶ Cauſa ĩtrĩſeca humor quilibet eſſe poteſt. Sed ẽ frequẽtius fleuma.deĩde ſanguis.raro melãcolia.rariſſime uero colera.apõa itez talem ĩ neruis opilationẽ ĩterdũ efficit. que ẽ paleſ cauſa. ¶ Et reffert Auic. ꝙ quelibet complexio ſine materia paleſim efficere poteſt.eſto enĩ ut ait ſpirit' ſẽſibilis ⁊ motiui.ad aliquod unũ m̃brũ deueniãt poteſt tamẽ mala complexio ĩbi exiſtens taliter membrum ĩdiſpõere ut impreſſionẽ ipſoꝝ ſpirituum haud q̃ quã recipiat. ¶ Et ſic mẽbrum illud motu atqꝫ ſenſu priuari neceſſe ẽ ⁊ hoc a frigiditate uel humiditate accidere forſan poteſt. ¶ Nam frigiditas propt' quam habet cum ſpiritibus ꝯtrarietatẽ cum ipſi ad mẽbꝝ ꝑueniãt eos taliter indiſponũt.ut neqꝫ ad ſenſum neqꝫ ad motũ cauſandum ſufficiãt. ¶ Humiditas uero mẽbrum ſtupefacit ꝓpter ꝙ ipſuꝫ motu atqꝫ ſenſu priuatur. ¶ Sed rariſſime a caliditate ⁊ ſiccitate hoc euenit. ¶ Tenẽdo ergo has qualitates paleſis efficere poſſe.⁊ eam ĩcludẽdo que ꝑ neruoꝝ ĩciſionem cauſat' preſcripta diffinitio taliter ſupplẽda eſſet. ¶ Uidelicet paleſis ẽ mẽbroꝝ relaxatio. propt' neruorum opilationem uel ĩciſionẽ.aut ipſoꝝ membroꝝ propter ſuaꝝ qualitatũ indiſpoſitionẽ cauſata.in qua tam ſẽſu q̃m motu mẽbra talia omnino priuãtur perſepe quoqꝫ ſucceſſiõe aliarum egritudinũ.puta per uiam criſis accidit paleſis ut apopleſie epilẽſie ſtuporis treõris colice apoſtematũ quarũdam fe.cronicarum ⁊ in his potiſſimũ ĩ quibus materia plurimũ habũdat ĩ cerebro. ¶ Et uniuerſaliter poteſt ab omnibus egritudinibus ꝓuenire.in quib' materia plurima ĩ cerebro.uel neruis habũdat. Laus deo.

¶ Secũdũ capl'm deſignis paraleſis d̃ mõſtratiuis.

Nunc d̃ ſigiſ qa duplicia ſt'.ſ.d̃ mõſtratia ⁊ ꝓnoſtica. Demõſtratia q'ꝫ ſunt duplicia q̃dã ꝑ aleſim.⁊ quedã eius cauſas oſtẽdũt paleticum dices cum mẽbrũ aliꝙ ſeu toti'

medietas. uel ipsum totuz corp⁹ pret̄ ca put ē cum p̄uatione sensus ⁊ motus r̄la xatum. ⁊ cuius pulsus est occultus de bilis frequēs ⁊ inordinatus persepe ēt mēbrum seu latus paraliticuz ē. ac si es set ī glacie frigidum: ⁊ sanum. ac si esset ī igne calidum. ¶ Et hoc ē qr ad mem brum paraliticum spiritus nequaq̄z eūt ¶ Et hi q ad eū uenire solebāt trāseūt ad sanum. ¶ Causaꝝ extrinsecarnm si gna īfirmi uel astātium narratione com prehēdes. ¶ Que uero aliaꝝ egritudi num successione proueniet. ex ipsis pre cedētibus egritudinibus cognosces.

¶ Si autem fuerit apostema ipsū tibi signa ꝓpria demōstrabūt. At si ea a fle umate ꝓuenerit qđ plurimū accidit pa raletica mēbra ad albedinē tendēt. ⁊ in toto fleumatice superfluitates aderūt. Urina ut plurimū erit alba atqz spissa. ⁊ dixi ut plurimū. Nam ī paralesi sepe e par atqz renes ī tātum debilitātur. ut se questrare ab aquositate sāguinē nō uale ant. ⁊ tunc fiet urina rubea esto fleuma fuerit ī causa. sed tamē quod dictū e fre quētius accidit. ¶ Quod si cōplexio tē pus āni precedēs regimē ⁊ talia fleuma ti consentiāt. certior tūc fies. ¶ Sig^a san. color rubeus erit uene tumēt.

¶ Pulsus plenus. nec tāta erit sicut ī pri ori diuersitas. ⁊ hoc quoqz te cōplexio etas regimē precedēs tēpus āni ⁊ talia certum magis efficiēt. ¶ Ab his duo bus frequētius paralef accidit. ¶ Sz si melācolia ī causa fuerit cōplexio etas precedēs regimē illud iudicabūt cuz q⁹ pulsus erit q̄m ī ceteris durior ⁊ urina alba atqz subtilis. ¶ In colera urina e rit ignea. ¶ In pulsu uelocitas. ⁊ com plexio etas precedēs regim̄ ⁊ c̄. sup do mināte colerā arguēt. ¶ Ex quibus omnibus hu. peccātes facile cōprehēdēs

¶ Scias item ꝙ si in paraletico uniu lateris facies sana fuerit lesio ī ortu me dullę spinalis existit. ¶ Et ubi facies r̄ laxaretur ī cerebro. ¶ Et ad hoc ē ad uertēdum. qr te ad applicāda medicami na plurimū iuuabit. Laus deo omnipo tenti amen.

¶ Capitulum tercium đ pronosticis si gnis palesis.

Quantū ad ꝓnostica ea biptiri libet. quedam futurā paralesi ⁊ quedā ea facta quid futuruz sit denūtiat paralesim futurā time. si pu elli febricitātis urina ut Auic. Inqnit fuerit uiridis. ¶ Et stupor quoqz ac tre mor palesim futurā mināt̄. ¶ Egritu dines uero cronice ī quibus capitis atz neruoꝝ grādis repletio fuerit ī palesiz facile terminātur. ¶ De iam facta pa ralesi. signa pronostica sunt. ¶ Quia si ex percussione uel casu subito fiat. ¶ Et in spacio dieꝝ trium applicatis r̄me diis nō cōualeat. ex neruoꝝ cōtrictione ruptura. trāsuersali sectioē seu dislocati one ꝓrouenire scito. ⁊ talis curat̄ nūq̄z ¶ Sed si ī priōi casu paulatine ea fiat ⁊ medicamīa ꝯferre comp̄hēdes. curaz recipere posse scias. ¶ Si paleticū mē brum minoraretur curam nūq̄m recip̄ ⁊ potissimū si eius color ad nigredinez uel ad uiriditatē cōuertatur. ¶ In sei bus autē raro aut nunq̄m curat̄ talis p alesis. Et teste Rasi que epilēsie aut a poplesie successione prouenit nūquā cu ratur. ¶ Que quoqz aliquādiu duraue rit. nec applicata remedia ei quidq̄m ꝓ sunt curā nūquā recipit. ¶ Tremor in palesi superueiens. aut fe. boūz. ¶ Tre mor enim arguit materiam n̄ ex toto na ture rebellē cum q⁹ sensus mēbris aliq̄lr

restitui significatur. alias nõ tremerẽt.
¶ Et febris est causa resolutionis materie. Habes ergo paralesis signa pronostica. Laus deo oipotẽti am̃.

¶ Quartum ca^m de regimine rez̃ sex ñ naturaliũ in cura palesis obsuãdo.

Cum ad palitici cũram deueneris. si honorẽ habere cupis. q̃ ⁊ qualis illa fuerit iuestiga. ⁊ ubi icurabilis fuerit in trouãtuloꝝ maibus paupculum derelinque. ¶ Et si hoc facere uelis pronostico utere ⁊ eius q̃ntum potes uitã ꝓtrahe. ¶ In curabili uero que a mala complexione soluz prouenit. ꝓut te ifra docebo face. ¶ Materia aut i causa exñte. si a fleumate fiat in aere calido ⁊ sicco ifirmum tuuz situa. ¶ Uniuersale exercitium ibi cõfert Nam ut inquit Rasis labor cum motu paralesim curat. ⁊ ubi fieri nequit ãteq̃z a lecto surgat fricationes modo quo supra dictum ẽ fiant. ¶ Quoddã exercitium particulare comẽdat̃. ut cãtare loqui alte. ⁊ sepe cum alto capite legere. de die dormiat nunquam. ⁊ de nocte mlto minus solito. ¶ Unde melior palesis cura ut ipse Ras testatur est fames uigilia purgatio atq̃z motus. ¶ Ex quibus patet qualiter sobrie uiuẽdum est. ymmo famẽ atq̃z sitim tollerare iuuat. ¶ Et iter cetera. sit cena leuis. postq̃z dormitio tardet̃. Et ut experiẽtia iam expertum ẽ ad igẽtem irã prouocare infirmum eum nõnunquã liberat. ut de tito uespasiani filio legitur. quẽ i mẽbris cõtractum peritus medicus tãtum ad iram ꝓuocari fecit. quod sanitati donatus est. ¶ Ualerius itẽ maximus d̃ q^a dam milite duce recitat qui liguã paraliticam habens ex sublatione p̃mii certaĩnis tãtum extitit ira comotus ut uocalis euaserit. ira ergo cum calorẽ excitet ⁊ adaugeat. ut patet paraliticuz iterdũ curat. coytus omnino uitãdus ẽ. ¶ At quãtum ad cibum ⁊ potum. Ex carib^9 conueniũt uituline. castratine capriolĩe cuniculine leporine ⁊ maxime eius assatum cerebꝝ. ipsum enĩ a ꝓprietate ualet ut ueteres omnes ferũt. ¶ At caro uulpis ciconie eritii bubonis ⁊ uipaꝝ. ũde mesue ius uipere ⁊ galli ãtiqui plurimũ palesi ualere ait. quibus si uti libet quantum ad uiperã facias sic. habitis ex magnis que i loco arido habitãt. ⁊ taz cap̃ q̃z cauda per quatuor digitoꝝ mẽsurã simul abscidatur. ¶ Et d̃ hic euisceret̃ ⁊ excorietur successiue ⁊ in aqua salsa aliquãdiu eam permitte. postea cum ysopo maiorana origano ozimo saluia ac diptamo qui i talibus nũquã dimittatur ad ossium usque separationem bulire tale deinde Jusculum patienti potui tribue. Et si libet de carnibus quoq̃z dab̃ ¶ Jus autem galli sic facies. ¶ Unuz autẽ antiquum gallũ accipe ex superbis qui ita libeter dimicãt. ⁊ tam diu loco stricto cum paruul̃ uirgis fatiget̃ ꝙ fere se mouere nequeat. deĩde caput ãputa de hic eum euiscera ⁊ sale cõtuso reple. ¶ Sex uero horis sic dimisso sal amoueatur lauet̃ postea ⁊ cum rebus infrascriptis farcinetur. conquassat̃.
¶ Accipe cardamomi. ʒ. ß. turbith polipodii añ. ʒ. iii. sticados. ʒ. ii. semĩs aneti. seminis peonie añ. ʒ. i. his pactis eum ad ossium usque separationem bulire dimitte. cũ quo si libet saluiaz ysopũ sticados ⁊ talia quoq̃z bulias. ¶ De tali iusculo ʒ. vi. stomaco uacuo patiẽti tuo prebe. ¶ Et ad horribilem si quẽ saporez habuerit occultãdum ꝓ libito zucharum adde. ¶ Et hic est modus talia iuscula

faciendi. ¶ Potes etiam tuo patienti carnes pullinas exhibere. fasianoꝝ per dicum auicularuꝫ rubaliū. ¶ Et preci pue turdoꝝ qui ex iunipero pascūt̄.

¶ Omniū illaꝝ carnium assatio. quā elixa tio. ꝯuenit magis. quaꝝ salsamēta ex spe ciebus cal'is fiāt. ⁊ precipue ex ʒīʒibere ⁊ piretro. que a ꝓprietate quoqꝫ ualēt

¶ Sed plurimū quoqꝫ ꝯuenit. piper. sinapis. grana paradisi. cardāomuꝫ ⁊ si milia. ¶ At ubi elixas carnes māduca uerit cuꝫ saluia rore marino. ysopo ma iorana. ⁊ similibus ꝯdiātur. ¶ Et ma xime cum his que a preprietate ualent.

¶ Ut sunt thimus. ysopus. poliuꝫ. origa num. ⁊ ʒima. ⁊ ē yua. quam ille diuinus mesue superlatiue laudat. ¶ Simō aūt Januēsis. quid ʒimā esset ignorauit.

¶ Sed in sinonimis mesue eā sinonimiza tam adinueni. Ac ī suo de approp̄atis. capl'o de medicinis egritudinū neruoꝝ

¶ Cum inquit Galienus. cum aqua d̄ coctionis ʒimaꝝ tiriacham. ac mitrida tum administrabat ⁊ c̄. ¶ Et exponit̄ ibi in littera. q̄ ʒima ē yua. ueꝝ meo gu stui ē herba amara multū. sed ubi īfirmi tui gustus amaritudinē nō abhōreat. ea utere. qr nihil supra. ¶ Species in fer culis ac cōdimētis conueniētes. ¶ ℞ ʒʒ. ℥. i. nucis muscate cinamomi añ. ℥. ß. piperis nigri. ʒ. iii. galāge piperis lōgi granorum ꝑadisi. añ. ʒ. ii. piretri. ʒ. i. c⁹ ci. ʒ. i. ß. fiat puluis quo utat̄. pisces re centes uitent̄ oēs. de salsis īterdū tamē māducare potest. uirtute. n. salis calidi facti sunt. ¶ Ex fructibus ī fine pastus de pineis que a prop̄etate ualēt semp̄ as sumat. ¶ In prīcipio uero de ficubus ceteros uero deuitet. ¶ Acetum tāq̄m inimicū mortale fugiat. Ac uinum pari ter ⁊ album potissime nisi medicinaliter det̄. in eius loco aquā mellis bibat. ¶ In qua nisi eius amaritudinē abhorruerit bulliat d̄ yua ꝯ ea tamē ex herbis supra scriptis unā uel plures semp̄ bulli. ut est ysopus saluia sticados maiorana ⁊ po lium. ¶ Ex speciebus ʒīʒiber piretruꝫ piper cinamomū nux muscata anisum. l' aliquod tale. aut aqua uini bibēda ē. La⁹ deo omnipotēti. Amē.

¶ Quītum capl'm de his que materiaꝫ paralesis fleumaticā digerūt ac queque tam cum medicinis solutiuis q̄m caput purgiis quam etiaꝫ cū gargarismatib⁹ eam euacuāt.

AD medicinalia trāseundo que ad itra sumēda sunt. presens capitulum doctrinā ponet. ante igitur die quartū uel quītum. forte farmacum nō exhibeas. ne subito ut inquit mesue tollatur uirtus aut resoluat̄. naꝫ cū ma teria cruda sit agitat̄. ⁊ non educit̄. ⁊ sic mors augumētat̄. ⁊ sic patet stranu tatoria caputpurgia. Masticationes aut fortia gargarismata tēpore illo nul latenus ꝯuenire. ¶ Ad actum igit̄ pra ticum te deducēdo tale clistere facias.

¶ ℞. malue. mercurialis blitis sticados saluie centauree mīoris añ. M. i. aga rici. ℥. ß. Conquassentur ⁊ fiat decoctio de qua. l'. i. ß. accipe. ⁊ in ea hyerepigre. galieni. aut yeralogodion. ℥. i. dissolue. mell' rosati. ℥. ii. ß. olei coīs. ℥. iii. salis tri ti. ʒ. ii. ⁊ fiat clistere. ¶ Sed domin⁹ me sue sic facit. ¶ ℞. sicle furfuris. añ. li bram. ß. melliloti anisi malue camomille añ. ℥. iii. ficuum siccaꝝ numero. xv. fēu greci cartami. añ. ʒ. i. ß. pulpe colloquin tide. kerue mūdate añ. ʒ. ii. cētauree mi noris. ℥. ß. buliāt ī. l'. vi. aque usque ad ꝯ sumptionē duaꝝ partiū. de qua accipe. librā. ß. olei ātiqui. ℥. ii. almuri. uel salis

comunis.ʒ.ii.mellis.ʒ.i.ꝛ fiat cliſtere.
¶ Primū tamē eſt uſuale magis.
¶ Sed ubi ifirmus reſtrictus fuerit.ãt fe ces induratas habuerit. ¶ Primo cli ſteri lenitiuo utere.ꝛ ỏ hic aliquo ex di ctis. ¶ Cliſteris igit̃ illa multū a prīci pio comẽdãtur. ¶ Uomitus itẽ modo ifirmus eũ comode faciat quẽ cum aqua raffani oximelle ſimplici uel ſquillitico ꝓuocare poſſes. Et cum pẽna oleo itin cta ꝛ in gutture imiſſa.nullū tam a prin cipio uomitiuꝫ fortẽ ut eſſet ſuccus me diani corticis ſambuci ellebori albus uel alterius ꝓſimilis exhibeas. ¶ At u bi ad materie digeſtionẽ trãſire libet.
¶ Accipe ſirupi de ſticados.ʒ.ii.ſ.oxi melliſ ſquillitici.ʒ.i.aque ſalue aque be thonice aque primuleueris.añ.ʒ.ii.aro matizet̃.cum nuce muſcata.ꝛ in duab⁹ uicibus prebe. ¶ Et infraſcriptaꝝ aq⁹ rum loco hac deſcriptione utere .que Recipit yue.℥.i.ſalue bethõice ſti cados maiorane polii yſopi.añ.℥.ſ. paſſullaꝝ.ʒ.ſ.nucis muſcate.ʒ.ii.fiat ỏ coctio qua cum preſcriptꝭ ſirupis utere.
¶ Uel facias ſic.ꝛ ẽ ſirupus i hoc cãu mirabil̃ ꝓtes̃ erat̃.qui̇.accipit yue uiri dr̃ſ̃ aq̃ rr̃e.pot̃.℥.ſ.uel de ſicce.
¶ ℥.ii.ſalue ſticados berbe palef ma iorane florum yſopi florũ anthos.añ. ℥.i.radicis acori.ł.ſ.paſſulaꝝ.ʒ.i. fi at decoctio. Et cum.ł.iii.mellis.ſucceſ ſiue ſirupus cum nuce muſcata aroma tizatur cuius doſis eſt.ʒ.i.ſ.pro uice ꝫ aquis aut decoctione ꝑſcripta. ¶ Ui cibus aliquot ſirupo ſumpto pillularũ cochiaꝝ almanſoris.ʒ.i.aut.ℨ.iiii.dab uel.ʒ.i.pil̃arum fetidaꝝ meſue. ¶ Et ſi fortiuſ pil̃arum ſuaꝝ de ſerapio.ℨ.ii uel pillulaꝝ de euforbio tãtũdem.
¶ Ego tamen biſ que i pricipio paraleſiꝫ ſunt conueniẽtia uſus ſum.que Rz.ſpe cieꝫ yerepigre almãſoriſ.uel yere.ỏ oc to rebus Galieni.ʒ.iii.colloquītide.ʒ. i.turbith agarici añ.ℨ.ii.ʒiziberis ſtica dos añ.ℨ.iiii.ſemis peoie.ʒ.vi.euforbii ʒ.i.cum ſucco rutbe pil̃as confice.qua rum doſis ſit.ʒ.i. ¶ Uel aliter. accipe pulueris preſcripte yere.ʒ.iii.colloquī tide.ℨ.iiii.euforbii.ℨ.ſ.caſtorei pipeiſ ſinapis ſerapini oppoponacis tapſie añ ℨ.i.centauree minoris.ʒ.ii.ſ.gumme in ſucco rutbe diſſoluãtur.ꝛ cum ſirupo de ſticados pil̃as face.ꝛ ſit doſis una.
¶ In forma potabili.da yeralogodiõ aut yerepigre galieni cum aqua mell̃.ʒ. ſ. ¶ Uel facias ſic. ¶ Rz.turbith aga rici.añ.ʒ.i.ʒiziberis.ℨ.ii.ſticados.ℨ.i. ſemis peonie.ʒ.vi.infundantur i aq⁹ ſal uie.aut florum ſambuci ſirupi de ſtica dos uel preſcripti.ʒ.ſ.addẽdo. ¶ Et horis duodecim i infuſione dimiſſis.fõ tis fiat expreſſio.quam ſi libet pil̃aꝝ lo co patienti tuo tribuas. ¶ In forma pulueris cẽtauree minoris puluerizate cum aqua mell̃.ʒ.i.exhibe. ¶ Ul̃ faciaſ ſic. ¶ Rz.turbit.ʒ.i.ʒiziberis.ℨ.i.ſtica dos.ʒ.ſ.ſemis peonie.gra.iii.zucbari ad põdus omniũ.ꝛ fiat puluiſ quẽ ut ſu pra dato.ueriſimiliter in uice una tõta materia curari nequit. ¶ Et ſi prima e uacuatione facta que libuerit ex digeſti uis factis utere. ¶ Solutiuis itẽ Bo minus.Raſis.ʒ.i.pulueris ſue yere cũ granis aliquot piperis.ꝛ cum aqua mel lis quoꝫ die dabat.ꝛ tu ſi libet facito.
¶ Et quia aquã calam poſt dare ꝓbi bebat ne ꝓpter eam a ſtomaco yera ipa ita cito laberet̃ preſtaret eam i pillulaꝝ formã propinare.qr i ſtomaco plus ſta ret cõtinue ad caput effumãdo .quod e ius erat itẽtio. ¶ Materia ꝓ maiori parte euacuata.Stranutatoriis.Gar gariſmatibus.Caputpurgiũ.ſeu ℥a

sti catorii. tunc securius utere possem⁹ quia materiam derelictā diuertūt ⁊ euacuant. de quibus capitulū de cura doloris capit⁹ a fleumate prouenientis suprate habūdātem faciet. ¶ Et talia i mane stomaco uacuo fienda sūt. ¶ Laus d̄o oipotēti. Amē.

¶ Sextum capitulū de his que ītus sūpta malam cōplexionē īductam extīgūt calorem suffocatum uiuificēt ⁊ neruos a ꝓp̄etate ꝯfortāt.

Nunc autem illa scribere superest que ad intra sumpta malam complexionē īductaꝫ extīgūt calorem suffocatū uiuificāt ac cōroborāt. ⁊ neruos a ꝓprietate cōfortant ut ē confectio de musco dulcis. acori cōditi. Ac dyacori. d̄scriptiōe comūi. quorum cōueniētem dosim. cum īfirm⁹ dormitum uadit. prebe. mane quoqꝫ cū surgit. ¶ Uel hoc ellectuario utere. quod bonus mesue ℞. secaul. radicis acori añ. l'. i. ß. elixēt' ⁊ ad stamignā. seu orale passent'. ⁊ cum. l'. x. mell' decoquātur. ¶ Cum autem infrigidari īcipiunt. pulueres infrascriptos adde. ut piperis nigri ℥. i. ß. piperis lōgi ʒīziberis gariofilorū macis. añ. ʒ. vi. nucis musca. galāge cardamomi. añ. ℥. ß. puluerizētur ⁊ prescriptis misceātur. ¶ Dehinc īcorporādo cum eis. pineaꝝ mūdatarum librā. i. ß. fiat ellectuariū. Cuius dosis sit. ʒ. ii ¶ Ego īfrascriptum qd̄ ꝑoptimū adinueni. pro quadam nobili fieri feci. quod accipit ex radicibus acori quātitateꝫ quam libet. Et eas bene mūdas in aqua ⁊ melle uicibus aliquot elixa. ut sapor scilicet quem īgratum gustui habuerit. tollat'. ¶ Uel diebus aliquot in recēti aqua eas dimitte illā singula die renouādo. postea debite coquantur. pistētur ⁊ ad stamignā seu orale passētur. de cuius. l'. iii paste accipe mell' dispumati. l'. vi. sil' omnia dehinc coquātur. quibus postea cū īfrigidari īcipiūt. adde pineaꝝ mūdatarum librā unā pulueris ʒinziberis pl'ueris piperis nigri. añ. ʒ. vi. piperis longi galāge cubebaꝝ granoꝝ paradisi nucis muscate. añ. ʒ. iii. ß. peonie. ʒ. i. ß. musci. ℈. ß. fiat ellectuarium. de quo. ʒ. ii. ut p̄us exhibe. ¶ Dominus Rasis īfrascriptum puluerē laudat. dicēs quod corp⁹ inflāt. ⁊ materiā paralesis febres īducēdo ꝯsumit. ¶ Nunq̄m tamen nisi prius corpore mūdificato prouocare febres audeas. ⁊ illa tūc effimera esse debet.

¶ Nam persepe putrida ad eternaꝫ requiem īducit īfirmum. ¶ Tale igit' ellectuariuꝫ. accipit radicis acori. ℥. quatuor. ʒīziberis. ℥. i. ß. piperis piretri. añ. ℥ i. castorei. ʒ. v. asse fetide oppoponacis. añ. ʒ. iii. mellis. librā unā. ⁊ fiat ellectuariuꝫ. Cuius dos sit. ʒ. i. uel. ʒ. i. ß. cum infirmus dormitū uadit. ¶ Uel facias sic ℞. asse fetide. ℥. ß. ruthe folioꝝ lauri. añ. ℥. ii. mirre serapini. añ. ℥ ß. mellis. l'. i ß. fiat ellectuarium. qu[illegible] recedēti utere. ¶ Uel cōfectio[illegible] prebe. ¶ Uel cōfectiois d̄ assa seu d̄ piretro. a mesue ī cura epilēsie descripta tantūdem. ¶ Et ī casu illo. Rasis atqꝫ ueteres plurimi cum dormitum patiēs uadit ad fabe quātitatē d̄ assa fetida dabant. ¶ Et ut citius ac facilius euꝫ īflamarēt. post boni uini subtilis paꝝ exhibebāt. ¶ Et super omnia hanc assaꝫ fetidā laudāt. ¶ Et interdū huius loco piperis castorei. añ. ʒ. ß. dabāt. ¶ Sed Galienus nō nisi kiratum unuꝫ exhibebat. quia ē pondus. gra. quatuor.

¶ Rasis uero nōnulliqꝫ alii ītegram. ʒ. i. continue dare ausi sunt. dabāt persepe

quoqꝫ se.porrorum.ʒ.i. ¶ Vel mãne da coclear unuꝫ aque uitis.cum modico tiriache mixte.talia ꝓ maiori parte materia euacuata conueniũt ut dictũ ẽ. Laus deo oĩpotẽti amẽ.

¶ Sẽptimũ capitulũ de his que ab extra ĩ cura paralef fleumatice ueniũt approximanda.

Ad ea que ĩ cura paralesis fleumatice extrĩsecus approximãda sunt.amodo trãseunduꝫ ẽ. ut sunt stuphe balnea unctiones fricationes ⁊ uẽtose.ita tamen nisi pro parte maiori materia euacuata.seu ĩ fĩe haud quaq̃m fieri debet. ¶ Ex stuphis sunt quedam quas naturales uoco.⁊ quedã artificiales. ¶ Naturales que ĩ loco fabricate sunt ubi balnea naturalia scaturiunt. ¶ Et ille maxime casui nostro cõueniunt balneoꝝ minera sulfurea aluminosa nitrosa. aut salsa fuerint.

¶ Artificiales modis duobus fieri facito. ¶ Primo quia in fundo cohoperte tine postis perforata ponitur et sub ea candentes lapides super quos uinũ potens ꝓiiciatur. ⁊ ex tali fumo ĩ tina calefacta patiẽs ĩgreditur ĩ qua tãtum sudet quãtum sine lassitudine eã sufferr̃ potest. ¶ Vel loco uini super cãdẽtes illos lapides de ĩfrascripta decoctione ꝓiiciatur. que Recipit camomille saluie sticados absinthii sicci rorismarini lauẽdule maiorane folioꝝ lauri bethoĩce. folioruꝫ sambuci añ. M.ii.fiat d̃coctio.de qua ut ẽ dictum utere. ¶ Et si herbas ĩ uino bulire facias.tam ꝓ pñti quã pro prescripta stupha optime forẽt ꝙ facias si libet. Verum ubi magis desiccatiua haber̃ libeat.in predicta decoctione sulfur.alumen.sal.aut nitrum.ꝓ libito adiũge. Et ob hoc nõnulli de aqs calidorum fontium apportari faciunt. quibus tã ĩ stuphis q̃m ĩ balneis utũtur talis tamẽ ut experiẽtia didici deportata aqua paꝝ ꝓdest.quia fere uirtutem deperdit. Et ille ẽ primus stuphãdi modus. ¶ Alius quẽ magis laudo. habeas tinã tuam cohopertã. Cohopertum quoqꝫ sup ignem cacabuꝫ descriptione prescripta repletuꝫ.a quo canale ꝑ ꝙ fumus ad tinam transeat situet̃. ¶ Cumqꝫ ea debite calida fuerit ĩtret patiens. Nam sic faciẽdo quante ĩtentiois libuerit in tina calorem habebis. ꝙ modo p̃mo sic comode fieri nequit. ¶ Et has stuphas plurimũ laudo.quia solẽt sicca balnea paleticum sepe curare ut antiq⁹rum plurimi referũt.ꝙ tã d̃ desiccãtib⁹ stuphis q̃m balneis ĩtelligẽdum ẽ.

¶ Modernos tamẽ quosdã uidi qui paraleticos podagricos.⁊ ꝯsimlʼes neruorum egritudine laborantes ĩ calido furno ponũt.⁊ bonum tũc esset ut ex lignis odoriferis calefieret.ut ẽ Juniper⁹ laurus ⁊ c̃. ¶ Et posset quoqꝫ de rore marino de lauendula.ac de consimilib⁹ herbis imponi.uidi tamẽ hoc ꝓdesse multũ faciẽdo cum hoc que sequũtur unctões.

¶ Cum autẽ infirmus tuus cũ his tunc ad sufficiẽtiã sudauerit ĩ lecto d̃portet̃ a.ʒ.i.usque ad.ʒ.ii.tiriache fine.aut fini mitridati.cum modico uini albi.aut cũ sua aqua mell̃ suscipiat. ¶ Vel ex prescript̃ ꝯfectionibus.de qua libuerit dosim cõueniẽtem finito. ¶ Et absterso sudore patiẽtem ciba.⁊ poteris s̃m uirtutis tenorem semel aut bis.in die stuphari uacuo stomaco.scilicet sex ⁊ pluribꝫ si libuerit.continuãdo diebus.⁊ id quoque poterit ĩterpolate facere.hoc enim securius est q̃m naturã sine ĩtermissione tot medicamẽt̃ opp̃mere. Artificialia

balnea ex prescripta decoctiõe fieri pos
sunt addendo sulfur alumẽ nitrum. ℓ sal
prout tue itẽtiõi cõueniẽtius magis ap
parebit. ¶ Aliqui uulpez usque ad ossi
um sepationem decoquũt. ⁊ in illa colla
ta decoctione balneãt ifirmũ. ¶ Cuz q̃
tamẽ si sticados saluiam lauendulã ber
bam paralef. absintbium ⁊ folioz lauri
atqz camomillã bulire feceris bonũ erit
¶ Balneãdi uero modum uℓ similẽ, p
ut fiebat i stupbis obserua. ¶ Ät ubi bal
nea naturalia baber possis preualẽt mℓ
tum i quibus ẽ modus idem obseruãd⁹
⁊ fm naturã balnei plus ẽ. aut min⁹ mo
rañ. ¶ Robore q⁹z vtuz ispecto si semel
aut bis i die balneãdo. ¶ Et ne uirtus
debilitet nimium diẽ aliquã iterponat.
qua se nõ balneet. ¶ Stupbis aut bal
neis modo quo ut supra factis. data q⁹
que tiriacba seu mitridato. ⁊ sudõibus
aspersis. collum. ac spõdiles aliquot ex
infrascriptaz unctionum perunge.
¶ Et in boc casu olea appropriata sũt. ỏ
costo de ℓbentina uulpinũ. de pipib⁹ ac
laterinum. ¶ Et si plura alia cõueniãt
ista tamẽ in comuni usu magis babẽtur
¶ Ex piguedibus appzopaz comunit
¶ Pinguedo anfis. anatis. gatti silue
stris. uulpis. leonis. uipe. ⁊ piguedo paz
di. inter omes alios ãtiquoz relatu prĩ
cipatum obtinet. ¶ Ex ũguẽtis ualet ũ
guentum arogon ⁊ marciatõ magistra
lis Nicolay. ¶ Alia cõsimiliℓ unguẽta
magistralia fiunt plura que i hoc cãu sũ
me ualẽt. ¶ Primum Rℓ. olei ỏ costo
ʒ. quatuor. olei de piperibus. olei terbẽ
tine añ. ʒ. ii. f. succi saluie. succi berbe p
alef añ. ʒ. i. f. uini optimi. ʒ. ii. radicis a
cori radicis lilii costi añ. ʒ. f. conquassẽ
tur. ¶ Et simul omnia ad uini ⁊ succo
rum consumptionẽ buliãt. Cum quibus
postea cere quãtum sufficit. liquefacias
⁊ cum ifrigidari icipit addẽdo pipis pi
retri euforbii castorei añ. ʒ. iii. sticados
ʒ. ii. spice squinãti añ. ʒ. i. f. ⁊ fiat ũguen
tum. ¶ Infrascriptum quoqz mirabili
ter ualet. quod Rℓ. olei de costo. ℓ. f. pi
guedis uulpis. ʒ. iii. piguedis anfis. ʒ. ii
¶ Be bic Rℓ. saluie sticados radicuz
betonice alias brionie primuleueris añ
℔. f. piperis piretri castorei. añ. ʒ. f.
Conquassent ⁊ bulliãt i. ℓ. i. f. uini usqz
ad medietatis ꝓsumptionem. tale uinuz
postea coletur. ⁊ cum pinguedinib⁹. ac
oℓ. suprascriptis ad eius postea usque
ꝓsumptionẽ bulliat. successiue cere quã
tum sufficit. adde. ⁊ cum ifrigidari icip
puluerisemis urtice euforbii piperis
piretri añ. ʒ. iii. castorei. ʒ. ii. ⁊ fiat ũguẽ
tum. ¶ Quidaz bezemita alkimista. ma
gnus. plurima paraletica mẽbra. Cum
infrascriptis unctionibus curauit. Nã
cum ãnos plurimos ille alkimia laboraf
set. ¶ Et omnia ut ceteri alkimiste ua
na cõpisset olea ũguẽta aquaf. ⁊ talia in
ea arte facere didicit. que i medicina plꝰ
muz ualẽt. ¶ Unde alkimiã dittẽdo me
dicuz se fecit a quo expezta pluza babui
⁊ nostro ꝓposito quã maxime utilia ut
sũt unguenta aliqua. ¶ Quorum ꝓmũ
¶ Accipe ex maligtis uiperis que ui
bet. ⁊ per quatuor digitorum mensu
ra cauda. ac caput amputetur. ¶ Be
binc eas in olla perforata repone.
⁊ boc in alia integra situetur simul e
as taliter lutando. ne spirẽt. ¶ Et i ca
cabo aqua pleno per boras tres situen
tur. idesinẽter bulire facias. ¶ Pingue
do autem que i sana olla descẽderit ref
uetur usui. Ipsa enim sola inũcta paleti
ca mẽbra curat. uel de ea cum marciatõ
uel arogon cõmisce. ¶ In talium enim
uiperaz piguedine spem maximã babe
bat. propter mirabiles quos uidebat ef

fectus. ¶ Unde cum oleum laterinuz distillabat malignā aliquā uiptam semp in olla poēbat. ¶ Ego uero uiperaruz que grosse aut nigre sunt. ⁊ que pluriūz ī aquis habitēt libētius. quam maligna rum pīguedine usus sum ne scilicet illa totum corpus uenenaret. Et in ea mira bilem effectum adīueni. ¶ Istam ergo quia securior in illis duabus ollis ut p̄ mam extrahe ⁊ usui reserua. ¶ Int̄ dū etiam heremita ille hoc faciebat. unguē tum. quod Recipit olei de costo olei d̄ nucibus añ. ℥. iii. ß. pīguedīs uulpis. l̄. ß pīguedinis uipe. ℥. iii. primuleueris ui ridis saluie quoqz uiridis añ. l̄. ß. has h̄ bas cum pīguedībus ꝯtunde ⁊ cum ole is miscis addēdo castorei. ℥. ß. piperis piretri euforbii. anna. ʒ. iii. per dies ali quot omnia simul permitte macerare. postea cum. l̄. i. ß. boni uini ad consump tionem ipsius. omnia simul bullire faci as. quo facto eoꝝ fortis fiat expressio. ⁊ cum cera quātum sufficit. fiat unguen tum. ¶ Nōnuuq̄m quoqz predicta om nia ī uesica uitrea reponebat. addēdo t̄ bētine. libram unā. ⁊ d̄super alēbico po sito uigore ignis ī diuersos liquores ex trahebat. qui ī casu nostro ualēt multuz sed ē tercius ceteris efficacior. ¶ Uel facias sic. ⁊ ē melius. ℞. galbani gūmi edere añ. libram. ß. olei laurini. ℥. ii. ter bētine. l̄. ii. ⁊ per alembicū liquores ut p̄ us extrahe ¶ Ultimus uero ꝙ egredit̄ preualet. ¶ Alias ego ciconie oleo us⁹ sum ⁊ in istis neruosis passionibus mul tum ualet. ꝙ sic fit. ¶ Deplumata cico nia tantum ī ātiquissimo oleo oliue. uel nucum decoquatur ꝙ carnis ab ossibus fiat separatio. De hīc carnes ille ī mor tario diutissime cōterātur ⁊ postea īde relicto oleo iteꝝ bulliat. ¶ Ex quibz suc cessiue fortis fiat expressio. ¶ Nā ip̄m solum oleum tales neruoꝝ langores sa nat. ¶ Uel ex eo sic ūguētum facias. ℞. olei ciconie. l̄. ii. sepi tauri pīguedīs uulpis. pīguedinis anseris. ⁊ anatis añ ℥. iiii. medulle ceruine. ℥. iii. cere quātuz sufficit. ⁊ fiat ūguētum. ¶ Uel facias sic. Accipe anatē. i. uel plures ātiquam ⁊ bene pīguē quā euiscera. ⁊ ex īfrascri ptis rebus ipsam fartias uz. accipe pin guedinis uulpis pīguedinis gatti silue stris. anna. librā. ß. eufōbii. ℥. ß. saluie p̄ muleueris. añ. M. i. cōtundētur simul cum pīguedībus ex quib⁹ anas fartiat̄ ⁊ que īde fluit pīguedo colligatur. que in casu nostro mire ualet. ¶ Socium quēdam habui qui cum illo farciamēto cōtusum alleū ꝯmiscebat ei bene. ⁊ ego frustrum cepe squillitici ⁊ reddebatur pīguedo illa magis penetrans ⁊ magis casui nostro ꝯueniēs. ¶ Et si uelles hac pīguedīe loco olei ciconie ī ūguētis uti esset utile. ¶ Ab his ūguētis cuz ul̄ga res ī his magis q̄m ī alia ī re fiduciā ma iorē adhibeāt discedere nescio. ¶ Sed unum ī hoc preciosissimū ⁊ erit finis. ꝙ ℞. serapini oppoponacis bdelii eufor bii masticis añ. ℥. ß. olei terbentine olei laurini añ. ℥. ii. cere. ℥. i. gūme cum uino dissoluātur. ⁊ fiat ūguētum ꝙ de gūmis unguētum appellar̄ cōsueui. ¶ Asper̄ fricationes sup neruorum originē ml̄tū ualēt. ⁊ potissime cum stuphe aut balne a fieri nequeāt. ¶ Posite quoqz idē si ne scarificatione uētose quibus fcīs ex p̄tactis ūctioībus aliqua erit successiue fiēda. Et in hoc uniuersal̄ palesis uitio fleumatis ꝓueniētī cura finitur. ¶ Sz te ad actum praticum deducēdo que di cta sunt sub epilogo ordinate ponere libet. ¶ Primo aerem disponere ac re rum aliarum nō naturalium regimen. Clisteria ordina successiue. ¶ Et ubi

E. ⁊

comode uomitus fieri possit ꝓuocet. ꝺ hic ordīa digestiua ⁊ solutiua successiue que calorē uiuificāt. cōfectiones.

¶ Et si materia pro parte maiori fuerit euacuata. ea dare poteris que effimeraz īducūt. ac tunc quoqz stuphas balnea fricationes ac uētosas facere. ultimo unctiones. Ex quibus omnibus ī paralesi flegmatica ordīata cura patet. ¶ Laus deo. Amen.

¶ Octauum capl'm de cura paralesis sanguinee.

Paralesis a sāguine ut ī causis efficiētibus iā dictum ē. ⁊ si raro fiat tamē ꝓuenire potest. cuius sex rerꝝ nō naturalium regimē ad septimū usque diem subtile sit uinū. carnes oua ⁊ uniuersalit' qōlz san. multiplicatiuum euitādo ⁊ ad talia particulari zañ. tāq̄m ex predcīs nota ī pñtiarū sup sedeo. ut autem ad medicinalia deueias ubi clisteri opus fuerit. ut. s̄. face. flobothomiā uero modo cetera ꝯsentiāt successiue. ⁊ illo ī casu pisienses aliqui tres lb. sāguinis ⁊ ultra īterdum siml' extrahūt super hoc se fūdātes. ꝙ flobothoīa multitudinē euacuat ⁊ c̄. ¶ Tu tam̄ ubi ad tātam sang. quātitatē extrahēdā cogaris ī duabus. aut trib' uicibus securius id facies. mane. s. a basilica oppositi lateris īcipiēdo ī sero autē a cephalica lateris eiusdem. ⁊ ī crastinū a ueīs lingue. Id enim quā totum simul extrahere securius existit. ¶ De hic uero ad localia trāsi ⁊ fricationibus ⁊ uentosis ac ūctionibus utere. ¶ Et ubi opus fuerit stuphis ac balneis item ⁊ talia ut te supra docui per ordinē exequere.

¶ At ubi melācolia ī causa fuerit in solutiuis ad melancoliam aspiciēs adde.

Cetera uero ut ī paralesi a fleumate ꝓueniēti face. ¶ Sed omnia taliter contempera. ut minoris exsiccatioīs existāt

¶ Et ubi colera paralesim efficeret a reb' multū exsiccātibus cauēdum erit. ymo aqua ordei tūc dāda foret. ¶ Et ī tātū de cura paralesis a san. a melācolia uel colera ꝓueniētis sic breuiter dictum sit.

¶ Eueniūt enī talia raro. ⁊ ubi euenerīt tibi hec paucula sufficiāt. ¶ Quod si tibi aliquid defecerit. succursum a precedētibus capl'is pete. quia de necessariis huic ꝓposito ꝑtinētibus illa te habūdātem efficiēt. ¶ Eam item que solum a mala qualitate ꝓuenerit curādi doctrinam precedentia capitula ponūt. taliter eīz ellaborandum in eis est. ac in ceteris in quibus materia fuerit euacuata.

¶ De illa uero que a casu uel percussione causatur ut supra te docui. pronosticis utere. hinc clisteri fieri iube. ⁊ ubi cetera cōsentiant flobothomia successiue. ¶ Et si ex prescriptꝰ unctionibus aliquā feceris tā super neruoruz originē q̄m mēbrꝝ lesum eā facias. ⁊ ī tali paralesi emplastrum īfrascriptū pluriūz ualet. qꝺ ¶ ℞. farine fenugreci. l'. ſ. armoniaci. ℥. ii. bdelii. ℥. i. olei de lilio. ℥. ii ſ. pīguedinis anſis. ℥. iii. cere quātū sufficit. ⁊ fiat emplastruz ꝙ sup pāno extēdatur. ⁊ tepidū predictis locis applica

¶ Uel facias sic. ℞. camomille. M. iii. tātum bulliat ꝙ ad mucillaginis formā deueniat. cum qua postea farine fēugreci farine se. lini. añ. l'. ſ. misce armoniaci bdelii. añ. ℥. i. mirre oppoponacis. añ. ℥. ſ. incorporētur omīa simul. ⁊ cum oleo de lilio aut pīguedīs uulpis anatꝰ uel āseris īpinguetur quo si libet ut primo utere. Cum his curabil' palesis. que a casu uel ꝑcussione ꝓuenerit deo auxiliāte curatur omnis. ¶ Et ut capituluz hoc

cuiuslibet curabil' palesis succite i se cu
ram teneat siue i manu brachio uel quo
uis alio mebro fuerit pmissis euacuatioi
b' tā ꝯ clisteri. q̄z q' uis a' mō scis. ac ubi
opus fuerit flobotōia q̄ exteri' per ūcti
ōes ēplastra ēbrocatōes. seu fricatiōes a
ꝓximāt' tā sup neruoꝝ originē q̄z lesuz
mēbꝝ fiāt ē necesse. ¶ Et si pul'. ꝯfectō
nes ul' aliqd huiusmōi dare necesse sit a
p̄script' capitul'. illa mutua hoꝝ eni co
piā i se hn̄t. ¶ Et qꝛ ꝑsepe lingua pale
ticatur p̄misso clisteri aliis q̄z euacuan
tib' opportunis ex ūnctionū p̄scriptaꝝ
aliqua collū ac timpora perūge. per pus
tn̄ fricationē aut sp eam uētosam appo
nēdo. ¶ Et quidā eo i loco cantarides
cum assūgia ⁊ melle pistas apponunt. ⁊
quā faciūt ibi uesicā perforāt. sic eni ad
eum locum materia trahitur: soluit' lin
gua et loquella recuperatur. ¶ Uel fa
cias sic. materia euacuata caput abra
datur. ⁊ de hic ex tali unguēto perūga
tur. ꝙ ℞. asse fetide serapini galbani
armoniaci euforbii. añ. ℥. i. castorei. ℥. ii
cum oleo laurino pret' castoreum omīa
liquefiāt addēdo cere quātum sufficit.
ultimo uero castoreum adde. ⁊ fiat un
guentum. postea uero tuo patiēti. ʒ. i. ca
storei cum succo saluie dato. vz eni itez
ipse succus saluie datus solus. ¶ Aut
℞. castorei nucismuscate gar'. añ. ʒ. ß.
cum succo saluie. aut bono uino totum
infirmo prebe. uel da. ʒ. i. se. peōie ⁊ pa
tiens continue quasi sub līgua castoreū
teneat. ¶ Uel facias sic. accipe piperis
sinapis se. nasturcii ysopi. añ. ʒ. i. casto
rei. ʒ. ii. cum succo saluie lupinoꝝ forās
cōfice. de quibus patiēs cōtinue sub lin
gua quasi unam deferat. id eniz perditā
loquellam ꝑsepe recuperat. ¶ Uel alr̄
℞. castorei. ʒ. ii. pul'. saluie. ʒ. i. ß. fiāt ꝯ
melle ut prius lupinales formule. de q

bus quoque sub lingua teneat. ¶ Itez
cum uino cal'o decoctionis saluie tiria
cham uel mitridatum dissolue. ⁊ cuz eo
linguā cōfrica. ¶ Et ubi lingue uenas
r̄plete san. cerner̄s. ac i toto q'z ipsi' ha
būdantiā uenas ipsas flobothomari iu
be. ⁊ de hic cum se. nasturcii ac castor̄o
liguam ꝯfrica. ¶ Uel facias sic. ℞. ca
storei piperis piretri euforbii anisi ma
ratri gar'. baccaꝝ lau. añ. ʒ. iii. saluie.
M. i. ß. cōquassentur. ⁊ cū uīo albo bul
liāt. de quo patiēs sepe i ore teneat. Et
in tātum de līgue palesi dictum sit. Ue
rum cum eius particulares egritudīes
ꝑtractauero de tali cura fortass' aliq̄ di
cam. ¶ Cum quis nāqz loquellā perdi
derit apud uulgares diuinū quodā r̄pu
tatur si loqui facere īfirmū ualem':
¶ Aliqua quoqz mēbra paletica sepe fiūt
ut uesica an' v̄ga. ⁊ c̄. ¶ Et de his cu
ram alias deo auxiliāte describā. Laus
deo omnipnteti. amen.

¶ Tractatus decim' de spasmo. x. i se
ꝯtinēs capitula.

¶ Primū capl'z quid sit spasmus teta
nus cuzez siue alcuzez.

Quandam cuz paralesi spasm'
affinitatem habet hac ex cau
sa locū istū sibi accomodari li
buit. qui duplex ē scilicet ꝓporcionat'
ad materiā ⁊ non proporcionatus.
¶ Illum ad materiā ꝓporcionatū dicim'
qui ex superhabūdātia ul' ex d̄fectu ma
teriei ꝓuenit. primus de repletioē. ⁊ 2'.
de inanitōe dicit'. ¶ Nam si ꝯtīgat ma
teriā aliquā i ueis imbibi. sic ut eos dila
tet ⁊ acurtet ꝓpter ꝙ uersus originez
ꝯtrahitur fit spasmus quē de repletiōe
dicimus. defectu autē materiei fit a qua

cũq; causa potente humiditates nostri corporis exsiccare. ⁊ tunc neruis nõ aliter accidit. q̃m qñ igni coriũ madefactũ exponimus. ipsum. n. humiditate resoluta ꝯtrahitur. ꝙ similit̃ ꝓpter materiei defectum neruis accidit. ¶ Unde ꝓpt̃ hoc ꝯtrahũtur: ⁊ flecti nequeũt: ⁊ talis dispositio spasm⁹ de inanitione nũcupatur. ¶ Non proporcionat⁹ uõ ad materiã fit propter dolorẽ. aut nocumẽtuꝫ aliꝙ cerebro comunicatũ ut plerumq; ex pũctura aliqua fit: uel ex aliqual̃ animal̃ uenenosi morsu, seu q̃litate aliq̃ uenenosa: aut maligni humoris ĩ ordiatione cum. n. cerebꝝ tale sẽtit nocumẽtũ se ꝯtrahit̃: ex cuius ꝯtractione ab ipso q⁹ que orta ꝯtrahũtur motui ĩuoluntario fit ĩobediẽtia ⁊ talẽ pret̃ naturam dispositionẽ comunit̃ spasmũ ad materiã non ꝓporcionatũ appellam⁹. ¶ Ex quibus sequit̃ ꝙ spasmus nihil aliud ẽ. q̃m neruoꝝ propt̃ quãuis causã uersus originẽ pret̃ natural̃ ꝯtractio per q̃m mẽbꝝ seu mẽbra motui uolũtario fiũt ĩobediẽtia. ¶ Ultra sermones de spasmo dcõs scõm quosdã adhuc rõe loci spasm⁹ triplex repitur. Quidã partẽ anteriorem. ¶ Quidã posteriorẽ. Et quidã totũ tenet ¶ Primus ꝓstonus seu spasmus ãterior secũdus epistonus seu posterior. ⁊ tertius tetanus appellat̃. ¶ Et ꝓpter hoc dominus Auic. de tetano ĩquiebat ꝙ ipse ex duobus fit spasmis. ut si due fuerit cause ad spasmationẽ tã ãterioris q̃m posterioris partiũ equipotẽtes tunc .n. ĩ nulla ꝑtium ut patet cõtractio fiet ⁊ tamẽ totũ sine cõtractione neruorum. tẽsum stabit: ⁊ sic erit tũc tetanus absq; spasmis. ¶ Interdũq; propt̃ frig⁹ musculos ꝯgelãs mẽbꝝ tẽsum stabit ad nullã positiois differẽtiã se flectere potens ĩ quo casu erit ẽt tetanus sine spasmo.

¶ Dixerunt etiã aliqui ex uẽaꝝ ⁊ arteriarũ repletioẽ posse tetanũ ꝓuenire. ut ĩ sinocha ĩflatiua nonnũquã cõtigit ĩ q^a corp⁹ totũ capite excepto. adeo tẽsum manet. ut ad nullã positiois differẽtiam se flectere queat. ¶ Ex quibus patet q̃liter tetanũ sine mẽbroꝝ spasmatione fieri ꝯtigit multipliciter ꝓpter ꝙ aliqui tetanũ nõ esse spasmũ nec ex duob⁹ spasmis cõpositũ esse uoluerũt. cum ĩ omni spasmo sit semper aliqua neruoꝝ ꝯctio. ¶ In tetano autẽ stati dicto apparet nulla cũ ĩ eo corp⁹ seu mẽbꝝ tetanatũ tẽsum sine ꝯctione maneat. ¶ Et ideo ethimologiat̃ tetanũ q̃i tensum manens seu totum tenẽs. ¶ Ex quib⁹ omnib⁹ cõcludit̃ siue ĩ tetano sit spasmus siue ñ ꝙ tetanus ẽ preter naturalis dispositio per q̃m totũ corpus pret̃ caput seu particulare mẽbꝝ aliquod uolũtarie mobile ad nullã positiois differẽtiã se flectere põt. ¶ Ex illa diffinitione patet ꝙ tetan⁹ ñ nisi mẽbris uolũtarie mobilibus accidit qr ⁊ si ossa tẽsa maneant. tamẽ dici tetanata nõ debẽt. cum uolũtariũ motũ non habeãt. ¶ Ex dcis patet qual̃r cuzez seu alcuzez ẽ quedã spẽs tetani quia mẽbrũ ꝙ alcuzez tenet tẽsum manet. nec ad aliquã positionis differẽtiã se potest flectere quod ex ĩtẽso frigore. seu uẽtositate accidit ꝑsepe. ¶ Et hec spẽs tetani est quam grãfum seu rãfum appellant. Laus deo.

¶ Capl̃m scõm de causis spasmi tã de inanitione q̃m de repletione ⁊ tã propõtionati ad materiã quã ñ ꝓportionati.

Superest amodo tam tetani ⁊ alcuzez q̃m spasmi cãs inuestigare que ĩtrinsece ⁊ extrĩsece esse possiunt. Et ea a spasmo ꝺ r̃pletõe

prīcipiū faciēdo cum res quelibet ñ naturalis corpōi nr̄o. iconueniēter occurrēs efficere pōt. ut ea aeris excessiua frigiditas. materias comp̄mēs seu cal'itas dissoluēs ⁊ neruis mandās. ¶ Nimia quies somn⁹ sup̄flu⁹ īordiata comestio nimia cibi seu potus repletio timor grādis cuius causa humores p̄sepe ī originibus neruoꝝ imbibūtur ⁊ spasmū efficiūt. ⁊ sic de aliis que possunt ad neruos materias demādare. ¶ Intrīsece uero cause esse pñt san. fleuma m̄lācolia uētositas apostema ac dolor ītensus. que ut natura pellat. ¶ Spiritus ⁊ humores ad locum dolorosum semp̄ mādat ꝓpt̄ q̄ plerꝝq; accidit qd̄ huōres illi neruis ībibunt̄ ⁊ spasmū efficiūt. Item accidit spasmus tam acutaꝝ q̄m cronicaꝝ egritudinū successione ⁊ īterdum accidit p̄ uiam. crisis. ¶ Nam a mēbris nobilib⁹ materia sepe ad ignobilia pellitur. ⁊ neruis imbibita spasmū efficit. uētositas q⁹ q; ī neruoꝝ ꝯcauitatibus existēs eis ingrossare. ⁊ accurtare. sufficiēs spasmuz ꝯsimilit̄ efficit. ¶ Sed ut īquit Auic. r̄mouetur in hor̄. i. cito ut cōtigit ī alcuzez. qui ī tibiis senū factis ex sola fricatione remouet̄ ī breui. ¶ De inanitione uero spasmus ab oī re causari pōt. que naturales humiditates desiccare seu ꝯsumere. ualet ut aer excessiue calidus ac siccus cibusq; calidus ac siccus. ¶ Ira tristitia excessiua īmoderata purgatio ⁊ sic de aliis rebus nō naturalibus.

¶ Et talia etiā de inanitione spasmus taz acutaꝝ q̄m cronicaꝝ egritudinū causa plerꝝq; accidit. ¶ Causa uero nō ꝓportionati ad materiā spasmi esse potest ut supra dictū est mordicatiuus humor seu aliqua uenenosa qualitas. āt pūctura ueluti scorpionis. uel alterius uenenosi animalis. hūc quoq; sepe uermes efficiunt cum os stomaci mordēt. Quoduis enim istoꝝ spasmū sepe efficit non ꝓpōtionatum ad materiā nerui a cerebri pānicul' oriūtur: a neruis uero lacerti. a lacertis fila que cordas cōtexūt. unde cer̄brum tale nocumētum sētiēs ꝯtrahitur ad cuius contractionē ꝯtrahūtur nerui. ⁊ ipsos musculos trahūt. ⁊ sic mēbri illius fit ꝯtractio ⁊ h⁹ mō ꝓpter pūcturaz uel materiā aliquā mordicatiuā spasm⁹ ad materiam ñ ꝓporcionatus fit. ¶ Et sic habes tā de inanitiōe q̄m de repletione seu ꝓporcionati ad materiā. uel nō ꝓportionati spasmi causas. ¶ Laus deo oīpotēti amē.

¶ Capl'm terciū d̄ signis spasmi demonstratiuis.

Spasmi amodo uenāda sunt signa. sed spasmus ꝯuenit pl'iūz cum epilēsia unde Auic. īquit spasmus ē epilēsia mēbri: sicut epilēsia ē spasmus corporis totius. Uerꝝ ubi sig⁹ epilēsie. supra bene notaueris ab ea spasmuz discernere facile scies. ¶ Auic. autez tātūmodo duo signa poīt p̄ que unū ab alt̄o discernit̄. ¶ Naz spasm⁹ difficl't̄ resoluit̄. ⁊ epilēsia uero facile ipsa p̄t̄e a poxismal' existit spasmus neq̄quam.

¶ Signa autē spasmi demōstratiua st̄ duplicia. ¶ Nam quedā spasmū. ⁊ quedam eius cās maīfestat. cum. n. mēbꝝ seu mēbra aliqua ꝓpter quāuis naturalē cām retracta maneant ⁊ uolūtario motu. īobedientia fiāt. spasmū ita pati dicimus. ¶ At cārum signa secūdū spasmi diuersitatē uariātur. Nam spasm⁹ de repletione subito patiētē īuadit. ¶ Que uero post fe. ul' aliud nostri corpōis humiditates extenuare potēs paulatīe superuenit. ¶ Is de inanitione spasmus

nūcupatur. ¶ Eius igitur q de repleti one fit si cause extrīsece fuerit quecunqz ille sint certus ab īfirmi. uel astātium re latiōe fies. ¶ Ubi autē sit ītrīsece si sit san. i cā ex r̄pletiōe etate tp̄r āni r̄gimīe precedente ⁊ ex talibus super sang. do minium arguentibus facile deprehēdes et sic de fleumate et mlīa facies. ¶ Nō inconuenit tamen spasmū a colera fieri sed qꝛ tam ratione caliditatis quā mōi sue substātie. qr subtilis et c̄. facile r̄sol uitur fit ab ea rarissime. ¶ Et h'est cā qualiter boni ueteres flegma san. ⁊ mlīa co. obmittentes pro spasmi intrinsecis causis assignauerunt. ¶ Nam ut pluri mum fit a flegmate raro a san. rarius a mlīa et rarissime ul' quasi nūquam a col' ra mat'ia nāque spasmū efficiēs ut inqt Auic. non efficit nisi ꝓpter suā grossiti em. et sic ꝑꝑ colere subtilitatem rarissi me āt nunquaz fit ab ea. ¶ Apostema autem seu uermes in causa si fuerit ꝑ ꝓ p̄a signa illorum in cognitionem deue nies. ¶ Sed ubi spasmi de inanitione causas scire cupias. ab īfirmo seu astā tibus que humiditatem exsiccās seu ex terminans causa fuerit inuestiga. ¶ Et sic. predictas causas enumerādo tā de repletione quam de inanitione facile co gnosces. ¶ Spasmi ad materiā nō ꝓ portiōati causaꝝ ex īfirmi āt astātiū r̄la tu in notitiā deuenies. ¶ Spasmatoꝝ pulsus est inordinatus durus atz puus et interdum tāta fit opillatio. ut pulsus nullus reperiat'. ¶ Urina a sua nat' ali dispositione ut sepius ñ mutat' ꝑꝑt' tñ opillationem sepe aquea et subtilis ap paret ad quādā tendēs uiriditatē et ma xime ubi calō exterminetur. ueꝝ nec ex pulsu nec ex urina super aliquā spasmi certaz causam quicquam significare po test. ¶ Sed si que dicta sunt bñ notes cuiuslibet speciei spasmi causas leuiter deprehendes. Laus deo.

¶ Cap^m quartum de signis spasmi ꝓ nosticis.

Super sciā nisi i toto uel i parte euacuata materia nullū unquā medicamē apponas. nec qui i pricipio fluēte materia. ex solo oleo ro. unctionē fieri iubēt ut ide fieret repercussio audiēdi. sī qz ut inquit Gal⁹. i libro decimo tractatuū in iūctura que est secundū sciam repercussiuis uti non debemus qz eius i profūdo sāguis compellit qui i propiquis uasis et musculis ptinet. rē. qz ex cā i superiorib⁹ capitulis super iūcturas alias apponi repercussiuū oīno probibui et sic ꝑz in pricipio frigida nunq̃z esse super sciā apponēda nec ita calida i gradu elleuata qz materiā attrabūt. propt qꝫ tā dolor q̃z cā eius augmentat. Ex quibus ꝑz qꝫ ubi localib⁹ opus fuerit materia esse debet i parte uel i totū euacuata oleo igitur de costo de lilio de spica pulpino ō piperib⁹ uel ꝓsimili ubi uesicatione inducere nō uelis utere uel i sepo cozuio et est gd sigulare. uel ex felle capre cuz pluma locū inūge et uidebis. uel ruttaz et saluiā cū oleo comuni decoque. ex q bus calidis emplastrū face. uel ex radice altee cū adipe anseris idē. Vel accipe spongiā i uino calido decoctiōis iuniperi infusā et foztiter expressā super anchā appone. cūq; ifrigidari icipit calefacta iterū reponat. Quo pluries facto et sudore absterso ex aliquo oleorū prescriptorū iunctio fiat. Vel ex ūguēto arrogō siue marciato. Et sic cū quo uis istorū aque uitis modicū adderet prevaleret et hoc tā sero quā mane fiat Vel facias sic accipe saluie foliorū lauri foliozq; sābuci yue sticados rosmarini cāomille radicū ebulorū. añ. ℳ. i. fiat decoctio de qua super ignitos lateres probice quos pānis lineis inolutos ifirmo existēte i lecto iuxta sciā appone et ibi donec ifrigidari icipiunt dimittātur de bīc absterso sudore ex dictoruz aliquo fiat iunctio loco spōgie seu stupbe super locū interdū uentosā apponere feci. et ea a mota unctiōe successiue uel potes sic facere accipe succorū rute yue atq; saluie partes eq̃les. et ꝓ libito aque uitis ꝓposita petias imerge quas doléti loco sepi⁹ appone. uel emplastrū ex mētastro fluuiali. Et alii ex rutba cū melle trita idē faciūt uel ex calamēto aut ex costo uel enula seu lupio Et nōnulli ex sola radice cucumeris a sinini ꝓsimiliter faciunt uel accipe simi uaccini scutellā unā florū camomille. ʒ. i ſ. rosarū. ʒ. ſ. et emplastrū face. Vel idē ex quino stercore cū farina ordei ꝛ aceto fiat. Et aliqui ex stercore capri no et aceto idē faciūt ul locū ex melle

De natiuib, matrice a cetro ad circunferentiã idoneã sciatica efficit.

205

perunge et cũ puluere nasturcii salipi za. uel idẽ ex sorditie que i capraz pilis tẽpore quo lactãt reperit faciaꝫ. et tal multũ ꝙuenit qz ista potius ysopi bumi de naturã sapit quã laudãi et sic leuiter materiã resoluẽdo dolorẽ sedat. Uel emplastrũ ex nasturcio farina ordei et aceto factũ superpõe boc eni mirabilit dolorẽ sedat. ꝛ ex stercore caprarũ. ãt uaccarũ cũ melle emplastrũ faciaꝫ. Alis ex scamoẽa cũ farina ordei et aceto lo cũ emplastrari feci et ꝓtulit ualde. Zdẽ quoqz facit cerotũ ex sola resina pini ꝓ fectũ. Uel faciaꝫ sic accipe salute pule gii sauine. añ. Mi. i. mastices. ʒ. f. cimi ni baccarũ lauri añ. ʒ. i. teratur et mel le addito fiat emplastrũ Uel ex melle cũ sale trito. Et alii ex recẽti ruta cum yuarũ passarũ carnositate trita empla strũ faciũt. Rasis uero cũ cinere caulũ et adipe recenti idẽ facit. Et boc itẽ un guẽtũ qz recipit colloquintide. ʒ. iii. con quassent et cũ olei ueteris et aque. añ. ʒ vi. tantũ donec aqua ꝓsumpta sit buliat de binc totã exprime cui adde stigie. ʒ. i euforbii castorei. añ. ʒ. f. et fiat unguen tũ quo locũ iunge Que dicta sũt dolorẽ mitigãt et materiã leuiter resoluũt. qz huius capli fuerat intentio.

Capitulũ Vigesimũtercium de ãtido tis que sciatice materiã a cẽtro ad circũ ferẽtiã trabũt atqz dolorẽ sed ãt.

Transeundũ est amodo ad an tidota fortiora quorũ uirtus sit a ꝓcuitate scie ad circun ferentiã trahere. i quib⁹ quoqz uirtus aliqua mitigãdi dolorẽ insit. Et aleuio rib⁹ quidẽ incobãs utaris emplastro ce roneo nicolai. ꝛ faciaꝫ sic accipe folioz lauri. ʒ. i. piretri. ʒ. ii. f. costi. ʒ. iii. f. na sturcii nitri. añ. ʒ. ii. fiat puluis. de bic accipe lane succide minutissime icise. ʒ. iiii. bãc i olo ỽ ruta imerge et secũ ꝑscri ptũ puluerẽ i mortario diu ducas treo oui uitellos addendo et ex isto tã sero quã mane sciã emplastrabis. Uel ex ra dice enule cãpane cũ ueteri assũgia em plastrũ face uel. ex calamẽto seu nepita Uel facias sic assungiã porcinã cũ ouis formicarũ cere addẽdo de terra ipsarũ cũ modico comunis salis fiat emplastrũ Uel cũ uiridi ruta melle et sale addito. Uel ex stercore cyconie cũ assũgia idẽ fit uel accipe bdellii storacis liquide ar moniaci. añ. ʒ. i. dissoluant cũ oleo yri no ãt liliaceo et locũ inunge. uꝛ cepe cũ olibão ⁊ croco sub cinerib⁹ decoque de inde subtilissime pistent sic qz ad unguẽ ti formã deuenãt de quo locũ inunge. uel cũ succo cepe locũ illinias quẽ cũ pi peris nigri puluere sali et spõgiã i uino decoctiõis cimini ac calamẽti infusã de super liga. Est eni i cãu isto medicamẽ ualde efficax. uel super locũ ex stercore leporis cũ uino distẽperato emplastrũ fiat. Uel tale faciaꝫ unguentũ qz accipit radicũ brionie cucumeris asinini filicis et ciclaminis añ. ʒ. i. ꝓquassent bene et cũ ꝛ. f. uini optimi et. ʒ. iii. olei antiqui bene coquat. Deide subtilissime pista te ad orale passent sic qz i derelicto olo ista pasta ꝓmixta sit quib⁹ postea adde storacis liquide laudãi. añ. ʒ. i. et si op⁹ fuerit cere tantũ qz ad unguẽti formaz deueniat cũ quo anchã iunge. Uel faci as sic accipe rutbe uiridis. ʒ. iii. squille ʒ. ii. et tantũ i. ꝛ. i. uini et tantundẽ olei ueteris decoquat quod uinũ ꝓsũptuz sit deide totũ exprime et cũ eo. ii. ʒ. ii. li quefacies. Cũ quibus postea ifrascrip tum puluerẽ adde. qui accipit nitri eu forbii pipis baccarũ lauri agarici oiuz

De Antidotis sciā cauterizantib.

sbtilissime puluerizatorū. añ. ℥. i. et cuz terbētine. ℥. ii. ß. et galbāi. ℥. i. ß. fiat unguentū. quo ut supra utere. Uel accipe galbāi serapini armōiaci oppoponacis añ. ℥. i. masticis. ℥. ß. uini decoctiōis cornu cerui plurimū ꝯquassati et diu buliti. ℥. iiii. succi rute succi yue. añ. ℥. iii. mlis. ℥. v. olei de costo olei de lilio. añ. ℥. iii. ß. oīa simul buliāt et ultimo cere quātū sufficit adde et fiat unguentū de quo locū inunge. Ego autē rasis iussu ex sulfure subtilissime trito. et cū pice mixto emplastrari anchā feci. ut plurimū ꝯtulit. Hec enī que dicta sūt ad circūferentiā materiā trahūt doloremqz mitigāt. Uerū materiei tāta sepius est rebellio. ut cū prescriptꝰ nec resolui nec circūferentiā trahi queat quo fit ut ꝯtinue dolor augeat. Qua ex re cauterizantibus tūc uti necesse est de quibꝰ supra sequēs adiutore deo copiosū te faciet. Et per hoc presēs finem recipit.

¶ Capitulū. Uigesimumquartum de Antidotis sciam cauterizantibus.

Cauterizātia. De quibus presēs capitulū erit nisi priꝰ corpꝰ euacuatū fuerit. haud quaquā aproxiabis qꝛ ut iquit rasis et si dolor per ea mitiget derelicto grosso subtile resoluit propt ꝙ manēs resolutioni fit magis ineptū. ¶ Ut igit ad actū praticū te deducā ꝙ sepius expertꝰ suz ex urticis grecis bene mordicibꝰ. tā sero quā mane orticari anchā facias et ꝺ hic cū aqua salsa lauari cū hoc. n. medicamine sanitati pluries restitui. Bonꝰ Raf ex alleo et cepe loꝯ ꝯfricari iussit. et successiue cū illa aq̄ salsa lauari. Uel facias sic accipe urticaꝝ grecarū saluie añ. M. i. sal pugill. i. ꝯtundant et bulliant i uria de qua locū illinias uel ex scōdeon cū uiridi ruta modico aceti et assūgia ueteri fiat ēplastrū uel ex radice cucumeris asinini cū assūgia. ꝛc. uel ex alleo cuz assūgia. ¶ Uel facias sic. acipe absithii radicis ebuli furfuris tritici. añ M. i. stercoris colūbini. l. i. ß. salis comunis. l. i. oīa tā diu i forti aceto decoquant ꝙ acetū ipsuz ꝯsumptū sit et ex isto calido fiat emplastrū. Uel cū solo uīo stercꝰ colūbinū decoque. et isto utere. Laudat itē cauteriū ex cātaridibus et staphisagria factis ꝙ ubi facere uel. accipe cātarides secundū artē preparatas quotlibet cū quibꝰ parum staphysagrie misce. et cū fermēto ipastate super locū apponant. Et postea que ide uesice facte fuerint apperiant. super quas ut fortius materiā attrahāt caules appone. Cūqz eas ꝯsolidare libet ex ūguēto de cerusa crudo locū inunge. Uel facias sic accipe granorū pētadactili. ℥. ii et cū melle ac butiro uaccino. misce et locū ēplastra. Ul aliter accipe euforbii nitri. añ. ℥. i. olei de lilio. ℥. iii. cere parū et fiat unguentū. Laudat itē ex ficubꝰ et sinapi emplastrū a mesue descriptuz Uel hoc facias. quo als usus sū accipe sinapis rubei. ℥. iiii. sinapis albi. ℥. iii. ficuum siccarū. ℥. viii. olei nardini olei costini olei de castoreo. añ. ℥. ß. gariofiloꝝ macis añ. ʒ. i. medule panis calidi sicut extrahit a furuo et i aceto remollito. ℥ iiii. et cū uitellis duobus ouorū fiat emplastrū. Super oīa emplastra rasis noster mel laudat anacardinū emplastratū ꝛc. Inquiēs. Ex melioribꝰ rebus quas dominus creauit i cauterizādo est mel anacardinū super pergamenū extensuz ꝙ per duas horas super locū dimittat Et si tūc locus āpulatus nō fuerit rēoueant uesice facte aperiant et quā diu

Mouſ fruicti mel anacardinū Regimē obſeruandū in qualibz artetica in hyē tēp nō naturalibz. 206

potēs eas ꝓſolidatiōe probibe mel iſtō anacardinū ſic fit anacardos quot libet accipe et ꝓtriti per dies ſeptē i aceto di mittant deide i igne lēto ad tertie uſqz partis ꝓſumptionē buliāt. Demū cū in frigidatū fuerit. que ſuper natat pigue do colligat et boc mel anacardinū ue teres appellāt. quod ut iquit. Raſis in iſto caſu mirabilit operat Auēzoar au tem cū ueteri oleo tā diu nitrū decoqui faciebat ꝙ ad unguēti formā ueniebat de quo ācba iuncta ueſicat i breui. Vl facias ſic accipe calcis uiue. ʒ. ii. nitri. ʒ i. piretri. ʒ. ſ. et cū oleo ueteri et adipe anat emplaſtrū face. Vl ex cepe cū mel le piſtat. uel ex bulbo cū molicie panis et mell uel ex euforbio cū piguedie paſ ſerū Vel facias ſic accipe piperis. ʒ. i. nitri. ʒ. ꝑ. piretri ꝓdiſi. añ. ʒ. iiii. eufor bii. ʒ. i. tapſie ſtapbiſagrie. añ. ʒ. ſ. olei ueteris quātū ſufficit. et cera addita em plaſtrū fiat. ¶ Ego autem ātiquos ſci aticos curaui plures. et iter alios unū auinione et alīū in thaurino qui annis pluſquā decē octo a ſciatica tenebant. premiſſis debitꝫ euacuationibus i ſilue ſtri parte per palmū ſub genu feci poté ciale cauteriū fieri ex uiue calcis. alkali et aluinis capitello factū et a mota eſca ra foramē illō cū cecere aut pila ex car ne ſalſa ꝓfecta uel ex ligno buſci per mē ſes plures a ꝓſolidatiōe ꝓbibui. z ōi dono cura talis me nūquā fefellit. Ra autē nil magis i boc caſu ꝓferre quam actuale cauteriū adiuenit ut fatet. Cū iquit i quo aſſuetus ē dolor ācbe nil ma gis ꝓferēs adiuent. quā ſi uſtio ſuper ancbā In loco uno facta. In alio ſuper coxā et i alio ſuper tibiā. Ego autē ſu per tibiā modo quo ſupra factuz ſciati cā omnē ātiquā curaui. Plura alia poſ ſe cauteria deſcribi ſed ꝙ imediate ſczi ptū eſt. Tente eſt efficacie neminem un quā fraudās ut āpli deſcribere ſupſluū mibi uidet ꝓ quo bic cā finē ipono.

¶ Capitulū Vigeſimū quintū ſex rerū nō naturaliū regimē tā i podagra ſcia tica quā bora peroxiſmi. a qua uis cau ſa fuerit obſeruandum.

Spereſt a modo tā Cyragre podagre quā ſciatice peroxiſ mi bora. ſex rerū nō naturali um regimē deſcribere. Verū et ſi pluza eſſe poſſūt. quorū cā ipſum foret uariā dā ut ꝓplexio etas regio tēpus anni et ſimilia materiā ſolū inſpiciēs regimem precedēs inſcribā. Mā ſi particularia oia buic ꝓpoſito pertinēcia annotare uellē propt lōgitudinem narratio talis nimiū eſſet tediosa. tātūmodo ergo ma teriā ꝓcernēcia ponā. Cū cuiqz medico alia ſatis nota ſit. Si igit que uis arabe tica ſāguinis uitio fiat que ſāguinez mlt tipplicāt queqz eni ſubtiliāt ac fluere fa ciūt omnia uitāda ſūt. In bis igit ae rem ad frigidū et ſiccū declinare facito Sōpnus prolixus uitet et diuturnus quā maxie ſuper ſtractū durū et ñ mol le decubat. Et ubi exercitiū facere poſ ſit ſuo tēpore ut fiat laudo. Fricatiōes preterea ſi exercicii loco fierēt ne uerſꝰ infirmū membrū materiei attractio fiat cauendū erit primo poti eā ad ꝓtrari um tuo poſſe diuerte. lete uiuat qz dolō patiēcia plurimū alleniat et ſic dulces audire cātilenas iſtrumenta muſicalia ſeu nona delectācia iuuat plurimū. qz aia bis ātenta nō tā aſpere ſeu acute dolor ipſe ſentit. unde. A. iiii. primi ō ſedatiōe doloris occupari. Inquit in eo ꝙ gaudiū efficit doloris uehemētiā ſedat ſobrie uiuendū eſt et ꝓcuranduz

De regimine obseruando in
qualibet arthetica

ut uēter quaqz die suū officiū faciat. Et
ubi natura ipsū nō iuuerit īfrascriptuz
clistere fiat. ꝙ accipit blitis malue ma
trū uiol. añ. M. i. fiat decoctio de qua
accipe. l. i. f. i q̄ dissolue cassie pl'ueris zu
cari. añ. ℥. i. olei uiolati. ℥. iii. sal' triti pa
rū et fiat clistere ꝙ ī stomaco uacuo se
ro uel mane ponat'. Uel ei⁹ loco utat'
suppositorio aliquo comuni. Qd si so
lutiuis aliis opus sit supra ī capitulo
sāguineam materiā ꝯcernēte qualiter
fiendū sit habūde ꝯperies. Et sic soluz
superest cibi atqz potus doctrinā pone
re pro quo uirtute ꝯstante omnis caro
uitāda erit et potissimū qr eius frequēs
ꝯmestio ut Rasis īquit podagrā indu
cit uinū quoqz oua ul'r oīa que sāguinē
multiplicāt aceti preterea usus nisi pas
sulatū fuerit penitus dimittat' qr ipsuz
est maxie inimicū neruis et per ꝯsequēs
partibus iūcturalib⁹ qr iste multū sunt
neruose. Uerꝫ si debilitas l' aliud ad car
nes et ad ea que statī dicta sūt dandum
te cogat ī pauca dant' quātitate et qua
liter īfra dicet' alterent'. Sint ergo ille
carnes edie uitulin e castratine lepuscu
lorū capriolorꝫ cuniculine turdorū per
dicū fasianorū et auiū rubaliū et iste as
se ꝯueniūt potius quā elixe. que cū agre
sta succo berberis limonis citranguli
acetoselle panis cuculi uel ꝯsimilib⁹ al
terent'. Et idē fiat si elixe manducent'.
teste tamē apuleo platoīco uitāde sunt
pulline ac qualearū qr ut īquit artheti
cā aproprietate quadā īducūt sed ubi
māducent' assari debēt et succis cū pre
scriptis alterari. Cōueniens ferculum
fit de rizo farre milio seu panico ꝯfrac
to de simula amidone ordeo seu auena
depilatꝫ ac interdū de tritico olera oīa
uitāda sūt. et pisces itē sed ubi īfirmus
tuus de hiis māducare uelit super pru
nas assent'. et pro salsa aliquo ex pre
scriptis succis utat'. Sūt et fructus oēs
quoqz uitādi pret' quosdā qui ī se quan
dā stipticitatez habēt ut sūt pira nespil
la et sil'ia que īterdum ꝯuenire possunt.
Nuces autē auellane et oīa que ad ca
put facile fumāt dimittēde sunt uerū pi
nee a ueteribus plurimū ꝯmendant' In
se omnem uirtutē habēt qua cerebrū et
neruosa membra ꝯfortant sed panis sit
a furfure bene mūdus cū nullo aut pau
cissimo sale pinsat⁹ uinū ut est dictū pe
nitus deuitet cui⁹ loco ordei aquam bi
bat. Et si per prius ferrata foret nō ma
lū esset cū qua si libet sirupū rosaceum
de ribes de succo acetose de limonibus
de acetositate citri uel aliquē talem po
test ꝯmiscere aut uinū granatorū. ul' de
berberis seu zuccarū rosaceū et hoc re
gimen ill' ꝯuenit qui artheticā sāguinis
uitio patiunt'. et illis quoqz ī quib⁹ ea
fit cā colere. Uerū tales acuitatē cole
re reprimēdi gratia ex fructib⁹ uti īter
dū prunis amarilibus et huiusmōi pos
sūt. Et ex olerib⁹ lactuca portulaca bo
ragie endiuia et cucurbita. At ubi fleg
ma artheticā ipsā efficeret aliud a pre
scripto est obseruandū regimen. Nam
aer ad calidū et siccū ut declinet facito
Exercitiū autez ubi fieri queat ꝯgruis
horis fiat. Fricationes uero cā diuersi
onis fieri possūt sed ne uers⁹ membrum
paciens fiāt caue et ꝙ est omnibus iun
cturarū dolorē patiētibus comune. ut
lete uiuat procuret Sobrie māducet.
et quaqz procurandū est die ut prime
digestiōis superfluitates emittant'. Et
ubi natura pigra foret tale clistere fiat.
ꝙ recipit malue blitis mercurial' camo
mille florū boraginis summitatū cauliū
rubeorū añ. M. i. fiat. decoctō. de qua
accipe. l. i. f. ī qua dissolue cassie fistule

De Regimine ab arthetica preseruatiuo

pul. zucari. añ. ℥.i. mell ro. ℥.ii. ß. yere pigre. ℥ ß. olei oliuarũ. ℥.iii. salis triti parũ et fiat clistere. Uel hui⁹ loco ali quo suppositorio cõi utere. Nã si ma teriei digestionẽ quereres et ei⁹ quoqz eductionẽ capitulũ septimũ octauũ. no num. decimũ. et undecimũ. modũ tibi pr̃ bet. Et sic ad cibi et pot⁹ regimen ue niẽdo sit panis ei⁹ aliqualit̃ furfureus cũ aliquãtulo sale pisatus. Largior pre terea usus carniũ quã i precedẽti tibi esse põt. et sic predicte carnes ꝯueniũt sed cum succis tactis alterãde nõ sunt. ymo poti⁹ cũ canella cardamomo. ℥℥. ꝛ ꝯsimilibus manducent̃ et maxĩe si sapo ribus uti libet qꝛ in cãu isto talia arõa ta i ipsis saporib⁹ ꝯdendis plurimũ ꝯ ueniũt siue hee carnes asse fuerit siue e lixe. Potest et de hiis specieb⁹ suisqz fercul̃ mãducare que fercula ex rixo far re et ex illis que supra tacta sunt fieri queũt pisces oĩno uitet et fruct⁹ atqz ui nũ cui⁹ loco mellis aquã bibat cuz qua aliquot piperis grana ꝯquassata et cĩa momi parũ cũ modico macis oĩbus in petia rara ligat̃ buliãt Qd̃ si uinũ bibe re uoluerit sit nigrũ ĩter potens et de bile mediũ purum potius quã lĩphatũ mõ de eo quãtitatez modicã sumat. Et si cerebri propt̃ debilitatem aut ꝙ uis aliud lĩphare uinũ libeat cũ aqua ferra ta limphet̃. Et si cũ aqua mellis id quo qz fieret peccatũ mortale nõ ꝯmiteres In aqua preterea ista aut i uino ꝙ tu⁹ patiẽs bibiturus est si cãdens aurũ ui cibus aliquot extingueret̃ nihil supra. Et i hoc sex rerum non naturalium re gimen tam podagre sciatice quam. Cy ragre materia. a qua uis proueniant. peroxismi hora conueniens terminat̃. Quod ipsorum curatio regimini finez impono.

¶ Capitulum Uigesimumsextum re gimen ab arthetica preseruatiuum. et primo rerũ non naturalium.

Est a deo domina arthetica fa miliaris nature. ut quẽ semel deprehẽderit talẽ secũ amici tiã ꝯtrahat ꝙ bis i anno si nõ pluries nisi ab grãdi cã teneat̃ eum libent̃ uisi tet uere scilz i autumpno ꝙ depreben sos plurimũ grauat ymo tali sine amici cia leuiter pertrãsirent. Qualiter igit̃ ea hora qua ipsos detinet recipienda atqz tractãda sit satis supra te docui. ac cũ ea tam iuite ab oĩbus recipiat̃ est preuisio talis pro posse fiẽda qua nun quã ei reueniẽdi potestas det̃ uel saltẽ rarius solito ueniat. Et si tamẽ uenerit eã pellendi i breui uobis doctrina det̃ Et per hoc regimẽ preseruatiuũ agre dior ꝙ modis trib⁹ assequi possumus prĩo ut materiei que artheticam efficit generatio prohibeat̃. Secũdo si que generet̃ res prũptas ad eã educendaz habeam⁹. Tertio ut mẽbra tã mãdãtia quã suscipiẽcia taliter ꝯfortent̃ ꝙ mit tens nõ mittat et ꝙ suscipiẽs ad eaz su scipiendã idisponat̃ primũ nãqz per ꝯ ueniẽs sex rez nõ naturaliũ regimẽ asse q̃mur ꝙ bon⁹ Rasis sumati tetigit cũ i quit laborãs arthetica euitare uinũ de bet cibũ diminuere et pro parte maiori sui tẽporis sero uti fame nauseatiuas cauere satietates ac uenereos act⁹ Nu trimẽtis uero utat̃ tenuib⁹ uomitu in mẽse pluries die quaqz motu Et ubi fi eri nõ possit fricationib⁹ super habũdã tem de ãbulationez deuitet. hiis igit̃ sic peract̃ passio nõ reuertet̃. ꝛc̃. sz d̃ hiis particularius disserendũ est. unde uelu ti in precedẽti capl̃o etas tempus anni regio sex⁹ et similia quam materia ipsa

De Regimine ab arthetica preseruatiuo

hoc regimē uariare potest uerū si dic
torū unicuiqz propriū describere regi
men uellē tractatul⁹ nimis prolix⁹ fierz
et sic legētes tedio afficerēt quas ob res
extrēa respiciētia caliditatē.s. ⁊ frigidi
tatē solū miscebā per que quis sciet ad
alia particularia ītermedia facile deuēi
re. Ad itellectū igit̄ datū ī dispositiōe
calida aer calid⁹ uitādus erit. Et inter
alia meridional̄ et uētosus precipue.ta
lis enī neruis debilib⁹ plurimum obest.
Et itē quelibet aeris mutatio.et ꝑ idez
frig⁹ quoqz ualde euitādus est. Ex qui
bus pz pro posse temperatū eligenduz
fore. Sōpnus autē et si diurn⁹ sit eui
tādus pctm̄ tamē potius fiat ī eo quā
ī uigilia. Exercitiū temperatū ꝙ debitꝰ
horis fit ꝯuenit plurimū. Et ideo Ra
sis in podagra īquit nō est res utilior
motu. Sed ad eū gradatī patiēs assue
scat qꝛ onus et si uehemēs fuerit paula
tim ad modū substinet̄. Et ꝯcludit. ꝙ
ex hoc dolor oīno tollet̄ uerū cū lassa
ri īcipit est illico quiescēdū nā quociēs
exercitamur cū lassatio īcipit liquefit ca
ro et superfluitates ī articul̄ et ī muscu
lis ꝯgregant̄. ⁊c̄. ut idē Rasis īquit.
Ceterū ī podagra atqz sciatica nō mul
tū equestre exercitiū frequentet̄ cuz sit
humorū ad inferiora cā defluxus. Sed
ubi quis exercitium facere nequeat.āte
cibū faciat fricatiōes fieri. Furor pre
terea atqz ira sūt omnino uitāda et alia
itē superflua anime accidētia raro est
utendū coitu. Nā capi⁰ de causis supra
dictū est una ex potissimis arthetice ca
usis est ipse coit⁹ superflu⁹.s. et potissi
mū supra cibū Unde artheticos quos
dā uxoratos uidi qui pro parte maiori
tēporis ī lecto gutta deprehēsi perma
nebāt et mortua uxore rarissīe ea incu
rebāt capti uero facile aperoxismo le
uabant̄. ¶ Moderate igit̄ eo assuet⁹
utat̄ quo licētius sāguinei quā colerici
seu flegmatici uti multo pñt Sobrie at
qz tēperate uiuendū est nā in cibo et po
tu dissoluti ab hac passiōe difficilīe pre
seruari queūt procurandū rurs⁹ est ut
uenter suū quaqz die officiū faciat. Sz
ubi natura pigra foret clistere aut cōu
ni suppositorio utat̄ bonū est cibi autē
et potus capitulū precedēs doctrinā
satis large ponit sed ut ipsarū habitus
melior fiat eoꝝ aliqua rememorare libz
Inter cetera igit̄ carniū ꝯmestio fre
quēs euitet̄ et potissimū pullinarū atqz
qualeaꝝ cū hec ut dictū ē apuleo plōni
co teste artheticā aproprietate quadā
gignūt. Sed ꝯtra ericii caro aproprie
tate artheticis ꝯuēit.ut īquit haliabas
Aquatice aues uitent̄ oēs ac colūbaꝝ
pulli et iterū carnes oēs salse legumina
item oīa uitent̄. nā Elenes ut Gal̄.īqt
Cū propter īdigentiā legumina mādu
cassēt arthetici facti sūt oēs nō de pasta
manducandū est ferculū nec caseatum
quoqz ut offe arthocree et sil̄ia. raf ta
men recentē caseū ī cibo comēdabat.cr̄
do qꝛ hūores īgrossando ad mēbra de
fluxū ipsorū prohibet. Tu autē eo ute
re.si libet. Putirum tamē recens huic
passioni. ut haliabas īquit aproprieta
te ꝯuenit. Fruct⁹ iterū nisi ad coleram
reprimendi cā fiat sūt euitādi.in quo ca
su pruna. ac amarilia possūt interdū cō
uenire. Ei īterdū quoqz pira ut īquit
rasis et hoc ꝯcedit̄ qꝛ stipticitate sua
humorū ad iūcturas fluxū prohibent
qua ex cā ceteri quoqz fruct⁹ stiptici ī
terdū ꝯuenire pñt ut al̄s dictū est sicuti
sūt citonia nespila.⁊c̄. Ex piscib⁹ ꝯue
niūt lucii pergie temali striligiōes auge
nes truytale atqz carpiones. de mari
nis taceo.cū ñ bene mihi noti sit.ceteri

uitādi sūt omnes. Et debēt māducari pisces i aqua l' super prunas qecoque cū quib⁹ si sapore uti libet precedēs capitulū quere. Ex olerib⁹ ꝓueniūt borago endiuia lactuca portulaca et cucurbita nam regimen corporis colerici ut Rasis iquit cū humectatiōe fieri debet Cōueniūt quoq; et illa que i precedēti capīo i dispositiōe calida fercula laudātur uerū ut iquit raf. Caules apropriete artheticis ꝓueniūt ac oia que ebrietatem probibēt qz illa iquit sāguinē e humores igrossādo. Et i boc casu quo qz pētasilon plurimū ꝓmendat uinū oibus ab auctorib⁹ probibet Sed certe durū est assuetos ipsū ex toto relinquer Cū sepius debilitat stoāchus i tantum plerūq; ut artheticā euitare uolēs in ōteriores egritudines cadat. Quā obrē nemini unquā nisi i peroxismo existēti uinū ex toto probibui. Sit igit inter subtile et grossū tenēs mediū cuz aqua pluuiali ferrata seu cisterne limpbatū e de tali tēperate bibat. Nā in boc casu ut Rasis nono ad almanf. iquit stiptica ꝓueniūt. Sed qz a mēbris facile uinum trabit. Sūmo opere cauendū est ne ipsū i ieiuno bibat. et qz terciā partem āt medietatē sui cibi ātequā bibat assumat ne a stoāco ad mēbra alia ita leuiter trāsire queat. Inter duos puta past⁹ et maxime cibo nondū digesto uinū nunquā bibat ipsū enī cibū indigestū ad membra tūc penetrare facit. Noster bonus Rasis i boc casu ac i potu multū ꝓmendat presens igit regimē materia existēte calida ꝓplexiōe regiōe et aliis quoq; calidis obseruandū erit. Sed ubi materia frigida fuerit aeré ad calm declinare facito ac totū nr̄z regimē aliud et buic capīo statim finē iponam oia que in precedēti materia existēte frigida ōscripta sunt buic loco sūt ponenda. Ad alia igit si opus est te remitto. Uez ubi mr̄titudo materiei nō affuerit diureticis interdū uti perutile ualde erit. qz ut i cura arthetice frigide. Rasis et. A. in quib⁹ dū sanus est uti que urinā prouocāt prodesse plurimū ꝓsueuit. Et per boc mod⁹ prim⁹ preseruatiōis habet quo materiei generatio arthetica efficientis probibet. ꝛc. ne igit prolixitate nimia tedio legētes afficiā ad que buic capīo necessaria sūt tā in presēti quā in precedenti descripta sint et buic finem impono.

¶ Capitulū Vigesimūseptimū qualitā flobōtie quā ules purgatiōes preseruādo ab arthetica fieri ōbeat et que sit solutiua i usu cotidiano sumenda.

Frugalitas super omia ab arthetica hominē preseruat. sz ꝓnata est nobis libertas que si i toto āt i parte. tollat i probibitu nr̄i quadā ui ferimur quo fit ut arthetici quibus pluria eorū que bilis cōi erāt i usu probibent male tollerēt et sic sēsualitate plerūq; potius quā rōe ducti prescripti regimē nō obseruāt. Cuius cā supfluis et būoribus habundāt qui tūc ad iūcturas defluētes cā sūt arthetice prout⁹ probibitiōe ul' alz eas educere nec esse est. Et i parte per būc modū fm preseruatiōis assequemur unde Rasis pigues iquit qui exercitio uti nō possūt per laxationē qualz ebdomada factā a doloribus iūcturarū custodizi queūt. tūc enī materia nō erit que manari et expelli ad articulos possit. ꝛc. Uez boc quoqz per uomitū fieri pōt Cui⁹ doctrinā auxiliāte deo sequēs capitulū tibi dabit pñs uero qualiter flobotomia ac ules

in preseruatione ab arthetica

purgatiões fieri debeãt oñdit domesti
ca cũ hoc quedã solutiua i cotidião vsu
suméda ponendo sz si tã eorũ que enar
rata sũt quã dicédorũ iuuaméta ꝯsequi
desiderat que bon⁹ raſ ponit documẽ
ta obserua al's te nihil fecisse scias. In
quit eni oĩs euacuatio ut uomit⁹ minu
tio potio laxatiua prouocãcia urine su
dor ꝛc̃. qñ suo loco facta sit dolorem
aufert oĩo. nisi cũ hoc repletiõe cibi et
potus ĩfirmus replet⁹ fuerit quoniam
si mébra uacua fuerit et uéter plen⁹ su
perfluitates magis quã solét trahét. Et
subdit Gal'. auctoritate et iõ medicoꝝ
null⁹ quépiã i iũcturis paciété nisi sapi
ens fuerit et medico obediés i cura su
scipiat. Preseruãd⁹ igit' tuus i obser
uatiõe regiminis sex rerũ nõ naturaliũ
diligétiã suã ponat. tũc eoꝝ eni uirtute
que sequũt' ab arthetico dolore i quo lo
co iste fuerit ꝯcedéte preseruabit'. Pri
mo igit' calide materie ꝯueniécia nõnl'
la describã secũdo frĩde et tertio mixte
materia itaqz exñte cal'ia si sãguis cã fu
erit l' salté a predoĩnio sãguinea ueris
tpe ceteris ꝯsequétib⁹ miũtio fiéda erit
Et i sãguiéa quidé pura copiosior Qđ
si i autũpuo quoqz sãguiné. habũdare
percipies ꝯsil'z quoqz fiat. Sz ml'to. at
qz ml'to i quãtitate minor. illo eni tpe ra
ro ymmo rarissime sãguis sola quãtita
te peccat. qua ex cã erit ſm exigétiã cõ
rigédus digestiua et de hĩc farmacias
apropriatas exibédo ꝙ capitulũ sextũ
supra te facere istruit. Si autem colera
peccãs fuerit flobotõia haud quaquã
fiat. Sz digestiuis et solutiuis uti đbes
q̃ ad h̃ ꝓpositũ s̃. capl'o quoq̃. vi°. đscri
bunt' et materia exñte flegãtica flobo
tõia mime op⁹ erit sz tã uere quã autũ
pno erit degerẽda et de hĩc patiés cũ a
propriaꝫ farmacãd⁹ cui⁹ modũ capitu
lũ septimũ cũ sequẽtib⁹ tibi dabit. Et
qz materia ꝯmixta ut pl'imuz existit ſm
eius predominiũ digestiua apropriata
ꝯmisce. Et de farmaciis idé facito ueꝝ
hiis purgatiõib⁹ generalib⁹ nõ obstãti
bus i hiis superflui hũores ꝯtinue ge
nerant' et sic ad taliũ preseruationé ne
cessaria é eoꝝ frequés eductio pro quo
clisteria quedã et alia nõnulla solutiua
benedicta i ꝯtinuo ut ita loquar sumen
da usu đscribéda sũt materia itaqz pec
cãte calida clistere utere. ꝙ. xxiiij°. ca°
supra materia calida existéte describi
tur. Et unũ tale ad min⁹ qualibet ebdo
mada dz preseruãd⁹ accipere. Et de in
frascripta ꝯfectiõe bis l' semel salté. que
accipit pruna quot libz et buli et đ hĩc
pastã face quã reserua et i illoꝝ que sup
fluit decoctiõe res ĩfrascripte buliãt. ut
uiol' herbe palis sticados scolopédrie
florũ boragis buglosse. añ. M. i. iiij.
se. frigidorũ. ℥. i. se. papaueris al'. se. lac
tuc̃ endiuie añ. ℥. ß. liquiricie passulaꝝ.
añ. ʒ. vi. polipodii. folicl'orum sene añ.
ʒ. v. fiat decoctio. et cum porciũcula
eius pro delicaꝫ. l'. i. mãne dissoluat'. ꝓ
aliis uero cassie bene piguis. ℥. viii. quã
reserua deĩde accipe tamaridorũ bñ pi
guiũ. ℥. iiii. de quib⁹ una bulitiõe buliꝫ
fortis fiat expressio postea uero i pau
culo dicte decoctiõis corticũ mirab. in
dorũ. ℥. i. hec in ĩfu. per diẽ cũ sua nocte
permaneãt ex quib⁹ postea fortꝫ expres
sio fiat quã parit' reserua. Successiue
reubarbari. ℥. i. accipe et spice nardi. ℈
ß. que cũ modico irrorent' uini al. Irro
rata i aqua lactꝫ per horas. x. ĩfusa per
maneãt et de hiis postea forti. expressi
one facta reseruet'. hiis sic peractꝫ acci
pe prunorũ paste. l'. i. ß. zucari. l'. i. et cũ
hiis oĩa prescripta misces mãnã seu cas
siã extractam. successiue tamarindorũ

quales euacuationes fieri debeat

expressionē postea illam de mirabol'.ac
illā de reubarb' et cū lēto sine fūo igne
ad opiatarū formā simul oīa decoquāt'
Cūqz infridari īcipit addat' cinamomi
electi subtil'z pl'uerizati.ʒ.ß.sandalorū
al.ꝛ ru.floꝝ sticados añ.ʒ.i.corall'.ru.
℈.ii.quib' oībus sic mixtis totū pōdere
tur.et pro ipsi'.ʒ. quelz scamonea ī po
mo decocte.iiii. gra. misce de isto igit'
dilectissio ellectuario bis uel saltē ī eb
domada semel.a.ʒ.ii.ad.iiii.usqz per di
es.ii.āt.iii.horas añ prandiū preseruā
dus tu' accipiat plus tñ. āt minus ſm
ꝙ ī eo operari percipiet et scōm maio
rem āt minorē humoꝝ multiplicationē
rari' āt frequēti' erit de electuario isto
sumendū est enī ī hoc casu ꝯuenientissi
mū ac si quis ad hoc ꝓpositū pill'as pr̄
diligeret accipe aloes.ʒ. ii. epithi. reu
bar.añ.ʒ.i. gūmi arabici.ʒ.ii.mirre.ma
sticis croci.añ.ʒ.i.scamonee ī pomo de
cocte.℈.ii.sticados se.peonie.añ.ʒ.i.℈.
i. spice.℈.i. fiat ex oībus puluis super
quē endiuie succū donec cohopert' sit
pone et ī sole aut super cineres calidos
desiccet'. et hoc uicib' tribus facto to
tū ī puluerē redige. et cū syrupo de sti
cados pastā ꝯfice de qua cū op' fuerit
pill'e minute fiāt de quib' prout eas o
perari deprehēdes.tres quiqz āt septē
tuo preseruādo bis.āt saltē semel in eb
domada per.ii. horas añ pastū pro ui
ce tribue. Et si puluerē poti' quā pre
scripta diligeret tal'.fiat qui accipit pul
ueris foliculorū sene.ʒ.i.ß. cinamōi.ʒ.
ii.croci diagridii añ.℈.i. macis.℈.ß.ʒʒ
se.peoīe sticados añ.℈.iii.tartari al.ʒ.i
ß.fiat pul'.cui' dosis.a.ʒ.i.usqz ad.ʒ.i.ß
per.ii. āt.iii.horas ante pastū cū aqua
lactis endiuie uel cū brodio pulli.et cū
puluere isto ut gustui ōlectabil' fiat ma
gis potes de zucaro pro libito addere

est enī ī casu nostro mirabil' uaria ē ap
petituz diuersitas hāc igit' ob causā pu
tile uisū mihi est ī uarios modos soluti
ua describere Si ergo electuaria pill'as
seu pulueres quos ex sua natura renue
ret horū loco ab.ʒ.ß. ad unā usqz cū di
midia cū sirupo capl'o sexto descripto
recipiat et Illius receptio īcipit. Acci
pe corticū mirabol'.citrinorū.ꝛc̄. Ista
itaqz solutiua materie colerice ꝯsil'z seu
a predominio ī preseruatiōe scōm ordi
nem datū plurimū ꝯueniūt. Sz materia
exñte frīa īfrascripte pill'e peroptīe sūt
que hñt.ʒʒ.ʒ.ii.cinamōi.ʒ.i. croci.℈.ii.
sal' gēme.ʒ.i.ß.agāici.ʒ.vi.aloes.ʒ.ii.fō
met' pasta cū oximelle squillitico ō qua
cū opus fuerit pill'e miūte fiāt de quib'
tres quiqz āt sex pro uice bis ī ebdoma
da sero cū dormitū iuerit preseruād'
accipiat sed sit ei tūc cena leuis .uez qz
ut plurimū artheticorū materia est per
mixta.accipe cinamomi.ʒʒ. carpobalsa
mi xilobalsāi spice croci. añ.ʒ.i. sal' gē
me.℈.iiii.dragaganti mast'.añ.ʒ.ii.ß.re
ubarbari.ʒ.vi.agarici.ʒ.ß.sticados se.
peonie.añ.ʒ.ß. aloes ad pōdus omniū
et cū oximelle squillitico magdaliō fiat
et ex eo cū opus fuerit pill'as quarum
dos sit a.℈.i.usqz ad.ii.ī ebdomada bis
uel semel saltē. Modernorū plurimi
tātā in terbētina ꝯfidentiā posuerūt ut
ex eius cotidiāo usu plurimos ab arthe
tica preseruatos affirmēt et senes quā
maxīe qz urinā prouocat et uētrē lenit
ut serapio ī suo de simplicib' īquit et h
idē dicit. A.2°.cañ capl'o de grano uiri
di. Cū īquit ꝙ ei' gūma et ē terbentina
uētrē lenit. si ex ea auellana una.l' nux.
una ī ieiuno sumat' et sine nocumēto ui
scera mūdificat et renes abstergit. ꝛc̄.
uñ.ʒ.p̄. doc.ʒ. capl'o de nutriēdis seni
bus eā plurimū quoqz ꝯmēdat īquiens

in preseruatione ab arthetica quomo

q̄ ad magnitudinē uni⁹ auellane āt dua
rū et ut multū triū a senib⁹ i ieiuno sum
pta hiis ualde ɔfert. qm̄ ipsorū naturā
sua proprietate mollificat. et sn̄ lesione
abstergit iteriora. ꝛc̄. hāc itaq; ob cāz
artheticis ɔferre ur̄. ac qꝛ neruos et lo
ca neruosa de se quoq; ɔfortat. Sz cōi
ter practicātes eā mane stoācho uacuo
cū nebula prebēt. Ego autē cū zucaro
ex ea pill'as ɔfici iubeo de quib⁹. v. aut
vii. et pluries si libet per horas. ii. ante
prandiū preseruādus recipit. et est deli
cata magis hiis igit' audacter utere qꝛ
nocumētū nullū iferre pn̄t et certe i hoc
cāu plurimū i hoc ɔferunt ut ipse uidi.
Ad hoc idē propositū clistere utile ac
cipit brodii recentiū carniū. l'. i. ꝟ. cassie
pul'. zucari. añ. ℥. i. mell' ros. ℥. ii. ꝟ. olei
cōis. ℥. iii. sal' triti paꝝ et fiat clister̄ Cu
ius usus sit ad min⁹ i ebdomada semel.
pluria hic domestica solutiua que de in
tentiōe pn̄tis capituli forēt describi pos
sent. sz qꝛ medic⁹ oīs ꝟm quā pro tūc in
tentionē hēt solutis uti debet. hiis pau
cis mihi domesticis ɔtētus esse uolui
īspiciēda nāq; est preseruādi dispositō
tā respectu sex⁹ etatū ɔsuetudinū regi
onū artiū et sil'ium quā respectu ɔplexi
onis membroꝝ et ēt accidētiū et iuxta
hoc sūt nedū solutia ista sed oīa quoq;
que ad preseruationē ab arthetica per
tinēt ml'tipliciter uariāda qꝛ i mulierib⁹
uerbigratia mēstruare solit. sūt mēse oī
um mēstrua prouocāda et i emoroyzā
tib⁹ emoroyde. et ita de aliis ɔditionib⁹
que hūano corpori ml'tiplices iesse pn̄t
fiendū erit. Sit ergo de hiis oībus me
dicus auisat⁹ qꝛ si sic idrn̄ter procede
ret. possz preseruādū suū ad al's pericu
losiores egritudies quā sit arthetica p
ducere. Et sic hēs qual'r tā per floboto
miā quā purgatiōes naturales quā ēt so
lutiua nōnulla i usu cotidiano sumenda
sit arthetice materia que de nouo ɔti
nue generat' educēda per q̄ i pte modū
secūdum preseruatiōis assequimur.

¶ Capitulū Uigesimumoctauum qua
liter quomō et cum quibus in preseruā
dis ab arthetica sit uōitus prouocād⁹.

Restabat ad ea ɔplenō q̄ scōi
modi itentionis fuerāt de uo
mitu aliquid scribere que i h̄
casu ut. s̄. dixerā a Gal'. libro decīo tra
ctatuū tā arthetice cura quā i preserua
tiōe magnifice ɔmendat' q̄ idē facit. cū
i de anche dolorib⁹ tractat i libro suo
rū experimentoꝝ iquiēs q̄ paciētiū ar
theticā melior medicia est uōitus. unde
A. iiii. p̄. capl'o. xi. Egritudies iquit q̄
sūt digniores ut i hiis uōitus fiat sunt
cronice sicut ydropis ml'ia lepra et epi
lēsia sciatica et podagra. Et br̄ ātiqui
oēs i preseruādo hōiez ab arthetica uo
mitū quā maxie laudāt. In hiis potissi
mū qui sūt ad uomitū apti sed artheti
corū plurimi nō sn̄ magno periculo uo
mūt ut sūt stomachū debilē habētes col
lū lōgum ac gracilē cuz epigloto foris
eminēte pect⁹ strictū carne nudū uētrē
tennē ac macrū qui consil'r male ac diffi
culter anhelāt qui sūt ad spuendū sāgui
nē apti ac qui quoq; nimiū sūt pingues
i hiis nāq; difficil' laboriosꝰ ac timoro
sus est uomit⁹ et maxie si difficult' euo
mūt nec fuerint ad uomitū assueti. In
talibus nāq; prouoca⁹ uōitus sepissime
i hiis uiis āhelitus uēas findit et tales
ad ptisi tādē perducit et ista ē fere sn̄ia
ātiquorū oīum et precipue ras z⁹. ad al
mās. capl'o de iuuam̄to et nocumēto uo
mit⁹. Et pricipis abolai. iiii p̄. capl'o al
l'ato ubi pretactas cōditiones fere oēs

vomitus et cū qb, sit pvocādus

enumerat. subiūgēs tñ. ꝙ uōitus qui fa
cile fit hora necessitatꝭ maximi est iuua
mēti. Et idē pōit. x. tertii. capl'o de uōi
tu peragraffo. Et admistrat⁹ quidē uo
mitu cū equalitate. ⁊c̄. ibidē tñ subdit.
ꝙ ei⁹ assiduatio stoāci uirtutē maxie d̄
bilitat et eū lacunā superfluitatū facit.
Cū quo corp⁹ desiccat. ac debilitat et
pectori epati ocul' et plmōi plurimū no
cet uenas qꝫ plerūqꝫ findit. Ex quibus
oībus pꝫ quātū sit uōitus i cāu nr̄o ꝯue
niēs ac quib⁹ ēt sed ubi cetera sīt paria
corpora macra. ut. A. quo. s̄. īquit cole
ricā ꝯplōnem hñtia ad uōitū sūt magis
apta Nā i pīguibus tuti⁹ est farmaciis
uti quā uomitū prouocare. Nūc aūt su
perest ꝯditiōes i prouocādo uomituꝫ
attendēdas ponere. In hiis autem qui
ad uomitū sūt apti bis i mēse una die p⁹
aliā est uomit⁹ prouocādus. ut si die p̄
ma quicquā remāserit possit i ſa per uo
mitū educi. uñ. Corneli⁹ Cels⁹ medicīe
libro prīo capl'o. de uōitu. utili l' iutili
qui uomere īquit bis in mēse vult meli⁹
ꝯsulet si biduo ꝯtinuauerit. quā si post
quintūdecimū uōitu ꝯsuescat reuolutō
nis numeꝝ nō obseruet. Nā iter unum
et aliū uomitū interdū. xx. dies īterpo
nat qñꝫ. xxx. et. xl. nōnūquā et fiat. ordi
nē nullū i diebus obseruādo. die autem
qua uomendū est superfluitates prime
digestiōis per pri⁹ emittat. In prādio
uero male masticādo diuersa cibaria
sumat. Nā si uno esset solo cibo ꝯtent⁹
tāto i eo forsitā stoācus oblectaret' ꝙ
prouoca⁹ uōitus illū haud quaquā re
laxaret ad saturitatē quoqꝫ māducet.
et talia sīt cibaria que prīo de se in stoā
co cibū subleuēt ut raphan⁹ que ut i stō
co natēt ut ūctuosa ac itē ipsorū aliqua
sīt īcisiua talit' nāqꝫ cibo sūpto per ho
rā l' circa uōitor quiescat post hoc hic
īde se moueat. ad exercitiū forte grada
ti deueniēs et uers⁹ finē ubi possit curat
de hic stoāc⁹ et extrema calefiāt et iuo
mēdo ymmaginationē fixā pōat. Cū ta
li nāqꝫ regimine alio sñ uōitiuo plures
euōens uerū añquā uōitus prouocet'
ex petia molli duas paruas pilas ꝯpo
nat que cū īstricta instita sēper oculos
alligēt'. et tā diu. ꝙ uōitus sit expletus
ligate teneant. Cunqꝫ uomere intēdit
super faciē suā se īclinet et uomitu per
fecto eā cū aqua ro. lauet. os autem cuꝫ
ydrōelle. āt acetoso sirupo colliuat hiis
peractꝭ tā diu ꝯmestionē differat dōec
fames aduenerit at ubi uomitiuū aliqd̄
exibere necesse sit ſm ꝙ facile. āt difficl'
ter euōit debili⁹ āt fortius exhibēdum
erit. Ut igit' ad actū praticū te deducā
īcoādo a debiliorib⁹ accipe aque pure
. ℥. vi. aceti. ℥. ii. misce et tepidum potui
dato uel fac sic accipe aque raffani. ℥.
vi. siru. acetoſ simpl'. l' oximell' sipl'. āt
oxīell' squillitici. ℥. ii. misce et tepidum
potui dabis. uel loco aque raffani īfra
scripte decoctionis. vi. ℥. pone. que hēt
radiō. raffani. ℥. iiii. se. raparum se. atri
plicis. añ. ℥. i. conquassata in tribus. l'.
aque ad ꝯsūptionē t'cie partis buliāt d̄
hic colet'. et ea loco raffāi ut dictuꝫ est
ut'e. Od̄ si forti⁹ accipe cōticū medianū
sābuci. ⁊ eā trahēdo supi⁹ abrade. ex q̄
sucū exp̄me d̄ q°. ℥. iij. cū. ℥. v. aq̄ raffani
l' decoctiōis prescripte prebe. Quo uis
p̄scriptorum dato uōitorē tuū p moru
lam qescer' pmite. d̄ hinc eū ābulare sat'
uelocit' fatias. ⁊ si tūc sic fatiē° ñ euōerit
pēna āſis ul' cicōie potius inticta i oleo
⁊ mittat' i guttur' ⁊ i° mō auxiliāte bo
no ibū uōit⁹ facile ⁊ sñ nocumēto ꝓuo
cabit'. Quo facto ut tuū preſuādū gu
berna. Ego aūt neqꝫ elleboros neqꝫ ui
olēta alia uōitia h° i cāu ꝯsulerē qs nisi

Quib, remediis mēbra ni arthetica

cum istis domesticis qs euomuerit. nō
sñ magno pericl'o ad uōitū ꝓuocabitur
Et sic pz qual'r. ⁊ q°mō. ac cū quibus ī
preſuandis artheticis sit uōit⁹ ꝓuocā
d⁹. qđ ad scđi modi ītētionez complen
dam tractandum erat.

¶ Capitulū Uigesimūnonū experimē
ta pluria ab ātiquis sil'r phis auctoriza
ta per que arthetici mēbra tā mittētia
quā suscipiēcia adeo ꝯfortāt' ut ab īua
siōe ꝑoxismi preſuari facile possint.

Que ī arthetica seruāt plurib⁹
ab ātiquis phis experimenta
auctorizata ꝯperi recitar' in
pñtiarū libz iā ātiquit⁹ tāta fides data
est ut ipsorū usus mēbra oīa ꝯfortādo
quēlz et ab arthetica preſreuarz. Et tñ
sūt qui de solutis ac de regimīe sex rez
nō naturaliū. s̄. describūt' ſm datū ordi
nē obseruāda al's que sequūt' possēt fō
sā nocere. potī⁹ quā prodesse. ut capl'o
xxvi°. s̄. dixerā. In proposito itaqz pa
rū tyriace magne comedere ī yeme die
qualz prout raſ īquit estate tñ nō suc
cessiue artheticū ab īuasiōe p̄ſuat. Idē
quoqz usus uini īfrascripti facit. qz tpe
uindemiaz musti sumatā unā accipe in
qua ꝯquassati assari. l'. i. pōe. ꝙ mēses. ii
ī eo ꝯtinue maneat de hic colet' et eo
patiēs utat'. Assafetida ad auellāe quā
titatē cū aqua mell' sepe sūpta ab sciati
ca p̄ſeruat Auic'. uero dosādo eā ono
lesat unū prebz. ꝙ. xii. granoz ordi pō
dus est ualz absithii succ⁹ ad quātitatē
fabe cū. ℥. iii. aque mell' per. xl. ꝯtinue di
es mane dat⁹. qz digestionē ꝯfortat ⁊
urinā prouocat. ac neruosa mēbra oīa
ut Raſ īquit ꝯfortat. Mesue tñ ī de ꝯ
solatiōe medicīaz talē succū stoāco no
cere ait. sed si cū aqua illa mell' passulas
decoxeris nocumētum illđ remouebit'
dragma qz una rađ. caparis ꝯ aqua mel
lis per dies. xl. ꝯtinuata idē faciet. ac tā
tundē pl'ueris herbe ypericō. Qđ si de
ei⁹ scie tantū īterdum exhibueris uētrē
laxabit ⁊ sciatica preseruabit aure⁹ itē
unus rubee tinctoz per. xl. dies ut. s̄.
cū mell'. aqua ōni die bibitus ab arthe
tica preseruat uerū si post ei⁹ assūptio
nē balneū illico ītret mictū sanguis pro
uocabit. et sciaticā nō redditurā pellet
Podagricus autē si tā uere quā yeme
z. i. aristologie ro. cū aqua mell'. per mē
sez ꝯtinue biberit. eū nōquam podagra
īuadet. Et idē. z. i. camepitheos per di
es. xl. cū aqua mell' sñ ītermissiōe bibita
facit. Et si ī casu nr̄o oīa p̄ſcripta raſ
a ꝓbz. In podagra tñ flegmatica medi
camē nullū ut ipse īquit qz corpus sic
alia nō desiccat. et debēt radic'. ipsi⁹ ki
rat. vi. cū aqua mell' pro uice sumi đ mē
se octobris īcipiēdo et postquā preser
uādus tu⁹ bibere eū ceperit per dies dz
xl. ꝯtinuare. Sex eni kirat grana ordei
xxiiii. pōderāt keiri uero est herba. cu
ius flores sūt uiole similes. quorū odor
est sicut uiolaz. Et huius tres sūt spēs
una flores hz albos altera purpureos
et alia citrinos siue aureos. Et hui⁹ ci
trine sūt radices ī cāu nr̄o sumēde. hāc
herbā latini ut mūdinus īquit uiola de
rōania nomināt. et hui⁹ ī ortul' dñaruz
ī pede montiū precipue ac his ī partib⁹
ac in sabaudia quoqz plurimū reperit'.
Suprascripta ut pz materia exñte fri
gida āt saltez permixta precipue ꝯueni
unt sed nōnulla sūt que cuiqz spēi arthe
tice tā calide quā frigide quā permixte
īdrñter ꝯueniūt ut nominati ueteres te
stant' fere oēs. ut est a. z. i. ī. ii. hūanorū
ossiū cinis. Aliqui tamē ossiū cuius uis
aīmalis indrñter cinerē laudant unde

tā mūdātia q̄ suscipiētia confortentur

Raſ ad ſuperfluitates que ī articulos fluere ꝯſueuerūt. da īquit ī potu ꝺ uſtiſ oſſib⁹ cū aqua caliꝺ.ʒ.ii. hic aūt nō magis de uno quā de alio oſſe mētionē facit. ſic ut uideat̄ uelle qꝺlʒ os huic paſſioni indrūter ꝯuenire. Sʒ qꝛ hūana inter ſe maiorē ꝯueniētia atqʒ ꝯformitatē habere uident̄ quā aīaliū aliorū hic eſt ꝙ auctores iſta poti⁹ ellegerūt. et nedū hūana abſolute accipiūt. ſʒ poti⁹ iſta q̄ artheticato mēbro correſpōdent ut ſi cyragricus fuerit cinerē oſſiū man⁹ accipiūt et ad hūc modū de aliis. ⁊c̄. Uerū ubi cinerē illū ī puluerē ſumere tuuʒ preſeruandū faſtidiret ex eo cū ſuccoyue herbe peraliſ ſaluie uel cū aliquo tali ſeu cū apropriato aliquo ſirupo pillas ꝯfici iube. quarū.ʒ.i.ſtoāco uacuo quaqʒ die dabis pl̄uis quoqʒ ſtoāci ul̄turis idē fac̄. ut kirāides ex phīs unus ātiqſſi⁹ affirmat ⁊ hoc pro maxīo ſecreto aſarraceno quodā quoqʒ habui. Et apuleo platōico teſte pul̄ pulmōiſ vl̄piſ ſepe bibit⁹ idē facit iſtorū duorū ueluti oſſiū hūanoꝝ cineris ſit tibi doſ uſus. Que dicta ſūt ab ītra ſumunt̄. Sʒ que ſequūt̄ ab extra aproximāda ſūt. et ſi emperica oīa iſta uideant̄ nō eſt qui antiquis phīs fides aliqua dāda ſit et maxime cū hi ex ātiquiſſis fuerīt qꝛ ſciētia medicīe adhuc ī premordiis exiſtente ſol̄. experimētis utebāt̄ quot enī ēperica ī colico dolore ī epilēſia et ī aliis quā plurib⁹ egritudinib⁹ dietī experimur que deſcriptos ab auctorib⁹ effect⁹ producūt nō igit̄ his minus que ſeꝯt̄ credendū experire igit̄ et uidebis nā ſi datos canōes diligēter obſerues iſta te ñ quā fallent uerū et ſi ex hiis nōnulla dolorē illico ſedēt ab recidiua cū hoc preſeruandū reſeruāt Si ergo ex collo atqʒ dorſo aqle neruos extraxeris quos ſuper collū īfirmi et ſpōdiles colligaueris dolor artheticꝰ illico nō rediturus abibit. Et itē nec ſole nec luna lucētib⁹ dextrū rane pedē abſcīderis quā ī ceruīa pelle ꝯcludas ut aquile⁹ platonic⁹ īquit et per triduū ſuper podagrici pedē dxtrū alligaueris et pariter de ſiniſtro ſuper ſiniſtrū feceris ſedabit̄ dolō et perpetuo fiet. a podagra ſecurus. Idē de calcaēo pedis aqle dextro ſup dextrū et ꝑiter de ſiniſtro ſup ſiniſtrū pedem aligato fiet ac pariter ꝺ teſtudinū pedib⁹.vi. placido teſte. Idē quoqʒ corallū ſuper infirmū pedē āt quod uis aliꝺ artheticū membrū colligatū facere ferūt. Et idē ꝯſil̄r de magnete uel utere ꝙ ſequit̄ emplaſtro. accipe coruum unū uiuū quē ī equino fimo per quatriduū ſepultū dimitte de hīc ex eo ſic ītegro cinerē face. et cū cera poſtea et ol̄o roſato ēplaſtrū ſeu unguētū fiat de quo podagrici īūcto pede l̄ alio artheticaꝰ mēbro ſtatī remouet̄ dolor nec āplius eū unquā deprehēdit. uel facias ſic urinā muli cū cera et oleo atqʒ litargirio decoque et de tali artheticatū mēbrum īunge ſedabit̄ dolor. et muli tūc pedem ſeu membrū aliud artheticī ſimile ñquā āplius ad artheticū reuerſur⁹ deprehēdas Ceterū ſtercus lupi ī pelle āīal̄ ab eo mortui ſuper ſe delatū ab arthetica preſeruat. ut īquit apuleus. Mirabe ris forſā ꝙ tā firmit̄ preſcripta ātidota tibi laudē et nō nimis ꝙ ſi ea milies expert⁹ fuerī. Sʒ apulei plōnis kiraīdis tortoris et ſexti placidi ī de aīaliū. ac rerū naturaliū uirtutib⁹ qui ātiquiſſimi fuerūt phī quoſqʒ raſ noſter allegat. me mouet auctoritas que certe ſic̄ ⁊ alioꝝ ueterū ab effectu oīo uacua eſſe nō dʒ. nōne magnetis lapis ī ſiniſtra manu detētus partū facilitat. Nōne Jacit⁹ col

Quomo membra in arthetica ꝑ balnea tā

lo suspēsus cordis egritudīes remouet nōne zaphir⁹ super antracē posit⁹ non aliter eū quā aqua ignē extiguit ut ipse sepius expertus sū. Quid moror ī talia recitādo quorū dieti effectus sēsu manifesto ꝯprehēdimus. Siplex enī inueni unquā nullū ꝙ ultra manifestas quas hēt proprietates alias que occultas nō habeat respice planetas et illos nō solū sz oīa que sub celo creata sūt quodlz enī taliū singularē īdubie proprietatē quā dā hēt Sz o bone ihū quot ī rebus proprietates sigilasti que adhuc nobis existūt īcognite. Sz unū est ꝙ taliū effectuū fidē nobis surripit canones requisitos nō obseruare. hac enī nr̄a tēpestate. ita lascinia ac effrenata lñia uiuimus ut que ꝺscripta sūt effectū solitū producere nequeāt Me itaqz talia sic firmit̄ per suadentē īcrepare noli sz te potius requisitos cāones nō obseruātē. Et ꝑ hoc capl̄z finē īpono.

¶ Capitulū Trigesimū qual̄z artheticata mēbra totum qz arthetici corp⁹ tā per artificialia quam naturalia balnea quā quecūqz ꝑ ūctiōes ꝯfōtari debeāt.

Ut ab arthetica preseruatiua doctrīa ꝯpleat̄. restabat scd̄i modi ītentionē ꝯplere. ꝙ non per dicta ī precedēti capi⁹ fit. sed per nōnulla quoqz que ab extra applicāda ueniūt quorū bono ihū ꝯcedēte pñs capitulū doctrinā ponet. Sz antequā ad actū praticū deueīas mēti sꝑ habeto ne materia ad mēbrū aliqd̄ repere ꝯsueta propter ei⁹ ꝯfortationē ad aliquod prīcipale deueīat. tūc enī apoplesiā seu alium acutissimū morbū de facili ut Ras īquit īduceret quare ut hoc periculum euitet̄ ī cibo et potu minorationē tunc fieri iubet. In exercitio uero augmētū cū quo mīutio et euacuatio solito est fienda frequētius. In ꝓposito itaqz stiptica balnea ualde ꝯmēdant̄ que artheticata mēbra multū ab inuasiōe preseruāt et hec balnea tā artificialit̄ quā nl̄r et tā artheticato mēbro quā uniuerso cōpri fieri pñt. Leso igit̄ m̄bro artificialiter sic facito. accipe serrature cornu cerui gallaꝝ. añ. l̄. ii. nucū cipressi. l̄. i. ſ. corticū querc⁹ balaustiarū. añ. l̄. ii. aluis l̄. vi. sal̄ cōis. l̄. ii. ſ. ꝯquassent̄ et oīa in situl̄. vi. aque ferrate ad ꝯsumptionē usqz tertie part̄ buliāt et añ cenā et prādium ī decoctiōe tale artheticatū mēbrū per horā per dimidiā ul̄ quātūlz tene. ꝺ hic sudet. et cū cōi postea oleo. l̄ de nuce cipressi cū multo sale mixto īunctio fiat. Alii uero aluis partes. ii. accipiūt cōis salis partē. i. sulfuris partē mediā et ut. s̄. balneū faciūt. In quo arthetica tū membrū tenēt. ꝛc̄. Et aliqui sale nitro loco sal̄ cōis utunt̄. Alii gallas solū accipiūt et balneū cū multo aluie faciunt. Stiptica plura reperiūt̄ cū quib⁹ quilibz suo mō balneū ꝯficit. et bñ. talia igit̄ sepe fiāt. Sz qr cōiter ī artheticis nō solū mēbra lesa sz alia quoqz ī superfluitates plures habundāt quas ad arthetica mēbra facile mandāt toti cōpori multū balnea ꝯmēdant̄. et illa potissimū que indrñr mēbra oīa ꝯfortando superfluitates ipsorū resoluūnt et sic ex balneis ipsis debito mō fact̄ tu⁹ artheticus optime preseruabit̄. Sz antequā illa fiāt qualis sit materia que artheticā efficit īuestiga. de hic mēbrorū particulariū dispositionē ꝯplexionē totius habitudinē regionē etatē sexuz ꝯsuetudinē et talia oīa nāqz ista balneādi intētionē uariare pñt. Materia nēpe colerica existēte aliꝺ quā flegātica regimē

artificialia q̄ naturalia ac vnctiones cōfortatiuj debeāt

212

in tali se. tibi semp nūtius certior nō exi
stit. Nam ex hiis quidem seb. ut inquit
Auic. ē in qua non sentit eger neq̃z tan
gens propinquus mītitudinem caloris
neq̃z alteraťur pulsus aliqua alteratione
magna. ꝛ tamē ipsa ē interficiēs uelociter. Cuius cā est ut inquit cōciliator
dīa quinta. quia ꝓpriū ē seb. pestilētiali
ut cordi ihereat. ꝛ si aliis mēbris prīci
palibus adhuc radicaliter inexistat.

Signa colere ca. Hest. salsi

Signa sanguinis

rubedo madōr

Signa flegmatis

Signa mtis

urina

ī. cor infectū

uapores terre plātas inficientes

signa

cauma ad intra

Inelis? Pulsus

oculoz gratis

Ñ natura ſi grādis in corde fuerit infectio ꝓterrita in nullo attētat ſurgere contra morbū. Sed corpus uelut in ſanitate gubernare conat. z iō urina ſepe appet bona z pulſus bonus z iſirmus uelociter mōat. Si tamē a ſua naturali diſpōe fuerit mutata ſup illum būorez iudica quē tibi peccare demonſtrabit. q facere ſcies ex aliaz fe. putridarum doctrina prebabita. In tali fe. nāqz plurima ſepe mala eueniūt accītia. ut ſincopis frigiditas extremoruz. ſudor frigid⁹ ſpaſm⁹. ītdū inflat uent ac ylia ſicut ſi ēet ydropic⁹. flux⁹ q°qz uētris accidit unctuoſus ac nōitus diuerſoz colorū ac materiez diuerſarū.

Et ſi infectio fuerit cōfirmata priuz eſt ei ut oīa oleāt exēūia. His habitis attēde ꝓnoſtica que īfra te docebo. Primo in ſignis quātūcunqz bonis nūqz confidas. quia ut ſtatim dicū ē pulſus z urina per ſe bona ſunt cū quibus tū infirmus uelociter moritur.

Unde refert Gentilis ſupra prima quarti q quidē uidit ita febrientē leuiē ut nec cibū neqz ſomnū ſolito dimitteret z hora cōſurgens cōſueta facta ſua cō ſimiliter ut antea faciebat ī quarta uō in capite ipo ſudor frigidus rapuit ſtatim ſignis peſtis apparentibus mortu⁹ ē. Sincopis uero cerebro eueniens ſudor frigidus. diuerſoz colorū uomitus. z maxime ad nigredinem tendens egeſtiones liquide z unctuoſe. Urina nigra. z liuida hanelitus fetens ſpaſm⁹ uel apparēs ydropiſ. quotlibet iſtoz' in firmi ut plurimū ſignificat ꝑditionem.

Quod ſi oīa uel ex hiis pluria fuerit inſimul cōplicata de futura morte nulla tenus dubitabis cōtraria uero ñ tamē ſalutē ſed ſpez ſalutis ꝑbit afferre aliqlē ꝓſtratio apetit⁹ lingue nigredo īgetu do alienatio inſomnietas abſqz ſignis ſupioribus apparētia. z ſi totalē de infirmo deſpatione nō ꝓnunciāt ſigna tū ualō timoroſa exiſtūt. His habitis ad curā ꝺueiēs ꝑmo ſex rez ñ naturalium regimē añſcribā. Eſt igit aer ad frigiditatem tēperatā et buiditatē rducē dus q facias cū foliis ſalicis querciniis et ſimilibus. ac cum herbis florib⁹ collectis omni die cameram ſubſternendo debet etiam ſi fuerit diues paumētum camere ex aqua roſa. cum acceto mixta irrozare in qua imponātur ſādali rub. z citrini cū trociſcis de cāphōa poſſes ēt de ipſis trociſcis ſuper prunas ponere et cameram ſuffumigare. In bieme renoua aerem cum igne claro et ſine fumo et cum ſalice uel iunipero z poſſes cameram ſuffumigare cū iunipo et ſup prunas ponere poſſes de trociſcis de ligno aloes uel ciperis meſue uel galiaz muſcatam uel aliptam muſcataz. Et ſuper oīa in aeris rectificatione ſis bñ ſollicitus. Quātum ad ſomnū et uigiliam non cures in prima die naturali q ipſe dormiet niſi parum uerſus auroraz ne ꝑp ſomnuz materia illa uenenoſa magis intus includatur. Et ut poſſes flōiam et alia facer q te ſtatim docebo. Procures inſuper moſo omnibus quibus poteris infirmū ſine terroze detinere ei ſēp ꝓmittēdo ſalutē

Unde in boc caſu dulces melodie ꝑ ueniunt et dulces cātilene ac ſonus muſicalium inſtrōrū ut cū liza citbara et huiuſmōi. Quantum ad cibum et potum cum ꝓpter uenenoſitatē marie uirtus in talibus maxie ꝓſternat contīua indiget reſtauratione. Unde in boc cāu plurimi eorum qui uirilit z ſup illō comedūt uiolēt abſoluūt et uiuūt ꝑ quarti de cura ſe. peſtile. Et ideo

Aer ſi cōfirm.

Aer ſi ſtems

Somnus. ℔

Cibus

Gal. 3. de mor. vulgo. Celſus lib. 3. cap. 7.

Raf.x° almāsoris ca° de fe.pestilētia. hac preterea inquit laborantes passi one ad comedendū aliqd sūt cogēdi. fm aūt tenorē uirtutū sūt infirmi tales dietā di. Nā si cōstās ualde fuerit poteris sb tilius dietare. ¶ Cōueiunt igit.n. pul tes ex farinā ordei uł mulctum eius āt haueā et triticum cū lacte amigdal.p̄pa ta amidū et similia. ¶ Et qz ca° cū lacte amigdal.dulciū p̄parēt ꝫ aqua ordei. ¶ Et si talia nutribiliora facēr uolue ris in brodiis gallorꝫ nōdum coeuntiū uł pullorū iuuenū aut edi decoqui fac as.s.talia brodia cū lactuca alterādo uł endiuia cucurbita acetosa uł portula ca uł bēas seia coūnia que aliqualit cō quassata et in petia ligata buliāt ꝛ car nibus illis uel tales carnes usqz ad ossi um sepationem decoq facias.ꝛ fortiter exp̄ssis brodiū exp̄ssum exbibe.in quo si paꝛ succi limonis acetositatis citri. pomorꝫ acetosorꝫ acetose.p̄patorꝫ uini agreste uini berberis uel granatorꝫ bu lierit eēt laudabilius ad boc. ¶ Uel fa cias cōtusuz ex istis carnib° alteratum ꝫ aliq° sup̄ scriptorꝫ ¶ Uł exbibe aq̄z cā nis seu sbliatū caris eodē mō.ꝛ ꝫ illis fa ctū,put describit supra dra secda c° p° ponēdo illa q̄tuor grana cāphore cum illo puluere ¶ Et tu uide ibi.debes tn il lū puluerē q cū carnibus ex quib° sublī matū efficit cōmiscerēt ordinate secun dum diuersitatē se.comuniū etatū ꝛ bu iusmōi. ¶ Nā in fe.flātica posses adder paꝛ uini cū aqua qua aspgit ¶ Et boc sublimatū qō in pede mōtiū substantiā uocāt facere posses ad alēbicū uł ī alio uase. Et tu facias ut libet. Raf.allega to ca°.laudat pulte ex farina ordei cuz lacte acetoso fcūz.cōsimilit lac acetosū quib° uterē si placet. ¶ In potu utat aqua ordei ī qua lamia,aurea sepe igni ta extinguat ¶ Uel pōe ducatos ad bu liendū ī uase cū ordeo.acetū qꝫ aqua pmixtū laudat ī b° cāu. ¶ Uł da zucarū rosatum cū aqua ordei bulita.uel loco eius pone de mixtura infra scripta. ¶ Et si se.illa pestilentialis flātica fue rit.etas et ꝑplxio frigida.ꝛ cōsimilia da uinū albū ꝫ aqua ros.mixtū. ¶ Et si ui deris uirtutē ,psterni cuiuscūqz speciei bec se.existit da paꝛ melioris uini qō repit cū aqua ros.mixti. ¶ Hiis itaqz de cibo.ꝛ potu habitis patet qd de ina nitione.ꝛ repletione sit dicendū ¶ Naz sepe.ꝛ paꝛ infirmo ē tribuendū supflui tates quoqz ,put te infra docebo sunt educende de sex reꝝ non naturaliū regi mine sic breuit expeditus. ¶ Ad medi cinalia cōdescendo ¶ Primo doctrinā insequēs Auic. Si se.a sanguie ,puene rit statī fieri facias flōiaz ꝺ uena media si infirmus equalit senserit se grauatuz uel de basilica si magis ab inferioribus uel de cephalica magis sit a supiorib° etate cōplexione.ꝛ aliis cōsentientib° ipsam facere usqz ad lippotomiā ñ uitu pero. ¶ Uel saltez fieri facias secunda tionez q̄ si etas uel aliqꝺ talium flōiam ,pbibuerit uētosas sup nates .uel spa tulas cū scarificatiōe secundū exigētiaz apponi facias. ¶ Si aūté ab alio būor q̄z a sanguine prouenerit quē sanguini iudicares pmixtū consimilit fieri facias flōiaz uel uētosas nō tamē sanguis ī tā ta extrabat quātitate ut ī cāu p̄cedēti. ¶ Et nota q̄ si etas ꝛ uirtus consense rint a quocūqz būore bec feb.,puenerit audacter facias fieri flōiaz sanguinis tn paucā extrabēdo quātitatē. ¶ Naz boc tēpore uulgares tantā in flōia accipiūt confidentiā ut fleubotomati statiz se li beros iudicēt. ¶ Nota tn q̄ si bec se. tibi inducias dederit añ flobotomiam

dēs prime digōis supfluitates educere si natura per se nō fecerit. q facias cuz distēribus uel potionibus lenitiuis supra descriptis ca° de sinocha inflatiua. ¶ Et liez hec feb: ut dcūz est possit a q° cūqz hūore ꝓuenire indifferenter. principalit tn hūori nō attēdimus. sed extinctioni caloris. z uenenositati materie cor. s. cōfortādo. ¶ Ideo ad huius materie digōez alia requirunt qz i ꝑcedentib° ¶ Maz talis materie digestio é ipsius uenenositatis correctio ¶ Et iō facias sic. Rē. aque ros. lb. f. aque uio. aque bugloss. aque pinpinel. añ. ʒ. iii. uini granatoz. ʒ. ii. sirupi de acetositate citri uel de ribes de limonib° uł ō succo acetos. ʒ. vi. fiat iulep arōatizatū cū sandalis muscatellinis. de tali bibat sepe in oi hora qua uult. ¶ Item multuz ualz in isto cāu aqua diptami aqua herbe tunici facta cū suis radicibus z aqua tormentille facta cōsimlit cū radicibus z aqua acetose z scabiose. ¶ Facigitur cū aliquo sirupo supra scripto. ¶ Ex istis aquis uel aliqua istaz iulep z infirmo tribue addēdo uinū granatoz. uel succū berberis. z aromatizet cū sandalis z i flāma magna ꝓ trociscis ō cāphora uel cū cāphora ipa z in flātica se. z boie antiquo cū musco. ¶ Et poteris more practicātiū modernoz sic facere. Rē. sir. de acetosi. citri uel alterius ꝓnominatis. ʒ. iii. f. aque acetos. ʒ. iiii. aq̄ herbe pipinelle aque herbe tunici añ. ʒ. i. f. clarificet ꝓ duab° uicib°. z arōatizetur cū sandalis z detur in aurora.

¶ Nota tm hic unū q ista q̄ hic supra scripta sunt maxie ualēt cōtra uenēnositatē materie. z flāme extinctionē. unde i colerica. z sanguinea se. hec maxie ꝓuenirēt ¶ Sz si feb. alia pestilētialis fuerit flātica. āt melācolica potis aliqd maxiā istam respiciēs cū illis ꝓmiscere. et sic recte operaberis. ¶ Extincta flāma z digesta materia si op° fuerit ipaz euacuār ¶ Et hec se. fuerit sāguinea uter fm exigentiā solutiuis descriptis. ō. ca° de cura sinoche pueride. ¶ Et si fuerit colerica hiis que scribūt i ca° colericarū se. ¶ Idem dico de flāticis et mlicis.

¶ Nā sicut dictū é lz hec digestiua in oi pestilētiali se. cōueiāt pp maxie uenenositatē. s. tn nō solutiua ꝓptez ipi° materie dispositatem. ¶ Itē nota q tota tua intētio dz esse in cordis ꝓfortatōe ut forti° tali ueneno se ipressioi sistere ualeat. ¶ Ergo a ꝑn° cordi epithiā faciae. nā pp materie uenenositatez in hac feb. multum facere cogimur que regularit i aliis non fierent utez epithimate ō in ca° de sinocha inflatiua descripto.

¶ Itē cōueniunt in isto cāu odoramta epithimata et ūguēta ꝓ corde epate capite testiculis et renib° ac aliis quo .ō. ca° de causonide scripta st et tu uiō ibi si op° fuerit ¶ Pro confectione da manus xpi cū plis deauratis uł dyacora. uel hāc mixturam Rē. conserue ros. bugl. bora. et ui. añ. ʒ. f. ꝓfue floz nenufa. ʒ. ii. man° xpi cū plis lb. f. fragmtoz oiuz lapidū ptiosoz. ʒ. ii. margaritaz sōtilium siue tritaz. ʒ. f. folioz auri nuō. xvi. fiat mixt a deaurata de q̄ sepe comedat z de ea bibat ꝓ aq̄ zucca. rosa. si libuerit. ¶ Et hec de se. pestilētiali sic breuiter dicta sufficiāt. ¶ Nam in tractatu de peste b mafia latiō descripta est.

¶ Differētia tertia tria i se ptinēs ca°. ¶ Primū cap^m ō signis se. ethicaz tā ꝓnosticis qz demōstratiuis.

¶ Ut in hoc sūmario fz promissum ordiné incedat bu

i. Sect.

post sect. Rasis p. pung. uteze cocione nō ex. pectata Rasis lib. 5. cap. 95. paulus lib. 2. cap. 35. Gal. p. d. diff. se. cap. 4.

Subdō ad libtū ogni.

aquq

uinū granatoz

Sz.

manus Chri ꝓlec

moralium febrium narratione preba
bita ē in presenti ethice fiēda tractatio
tam.ſ.febrilis quā ſenectutis. ¶ Pro
quo nota ut ꝓpoſito ſpectat ī corpore
nr̄o duplices repiri hūiditates ¶ Que
dā prīe.quedā ſecunde ¶ Prime ut ſan
guis colera flegma.ꝛ mlia ¶ Et ex hiis
ut hābitū ē fe.cauſant putride. Secun
de aūt.ut nomē nō habēs roſ cābium ꝛ
glutē ex quaꝝ cōſumptione ut ſtatiz ap
parebit ethica generat. ¶ Ꝛ Ariſto.
dixit iſtas duas hūiditates a ſanguine
nō differre ¶ Medici tn cū anteqz ſan
guis in os cōuertat.uerbigra.de eo q̄
tuor notabiles cognouerūt mutatiōes.
¶ Duas poſuerūt a ſanguie differentes
¶ Prīma quarū in uaſis ſanguinis r̄pi
tur quia in foraminibus ꝓuaruz uenaꝝ
ut inquit Auic ¶ Secūda eſt uelut ros
in membroꝝ ꝓmanēs concauitatibus.
¶ Tertia ē membrorum humiditas.que
licet aliqualiter ſit coagulata nondū tn
eſt in mēbrorum ſubſtantia cōuerſa.
¶ Et quarta ē humiditas in mēbroruz
ſubſtantia conuerſa mēbriqz pars tam
effecta.ꝛ ob hoc non nulli hāc eē aīatā
affirmāt. ¶ Cū igitur contingit uenaꝝ
ſubſtantiam non nūquā ꝑternaturalit̄
calefieri. Sicut exempli gra in feb.effi
mera cōez termniuz trāſeunti aut in ſe.
continua aut qūolibet aliter interdum
naturalis calor.ꝛ tali ꝑternaturali for
tificās primā ꝛ ſecundā conſumunt hū
ditatē ſtante.ſ.in mēbrorum cōcauita
te que erat in mēbrorum ſubſtantiam
tranſmutanda. ¶ Unde mēbra nutrimē
to carentia neceſſario cōſumunt̄ ꝛ are
fiunt. ¶ Et hec eſt prima ſpēs ethice
que noſtris ab auctoribus difficilis co
gnitionis ꝛ facilis curationis iudicat̄
quia ſi infirmi regimē ad frigiditatez ꝛ
humiditatē facias declinare facile calō
extingueretur.ꝛ per ꝑnās leuiter ifirm⁹
ſanitati reſtituet ¶ Si aūtē talis fortifi
catus calor ꝓpter diut̄nitatē.aut eius
augmentū ad hoc ꝓuenerit ut tertiam
deſicat hūiditatez ſic.ꝛ talit̄ ut mēbris
nequeat aſſimilari. ¶ Secunda ſpecies
ethice ꝓcreat̄ que apud Auic.ꝛ alios
difficilis curatōis exiſtit. Et ſi adhuc
ille calor augmētat⁹ diutius ꝑmanſerit
ſic ut quartā deſiccet humiditatez hūi
dūqz radicale mēbrorū tertia fiet ethi
ce ſpēs ipoſſibilis curationis omnino
in qua innata corpis hūiditas ſic paula
tine deſiccat̄.quia āplius naturalis ca
loris pabulū eē nequit unde calor ipſe
extinguit̄. ¶ Pro cui⁹ euidētia ſcien
dum q̄ calor pōt triplicit̄ extigui ut po
nit. Auicena ꝑma q̄rti ca⁹ de etatibus ꝛ
ſecunda primi capitulo de cauſ infri
gidantib⁹ ¶ Prīo ꝑ ſolaz ſimplicē alte
ratiōē a cōtrario ifrigidāte.qa ad iduc
tiōē uni⁹ cōtrarioꝝ ſeqt̄ alt̄i⁹ cōruptō.
¶ Secūdo ꝑ uiaz ſuffocatiois. ſicut ī
corde debita trāſcriptōe ſeu euētatōe
ꝓhibita calor ut ꝑz extinguitur ¶ Ter
tio ꝑ reſolutionem humidi ſeu terreſtri
ficationem q̄ eſſe debet caloris natura
lis pabulum ſiue fomentum. ¶ Sicut
exempli gratia flāma oleo cōſumpto ex
tinguitur ī eticha per terreſtrificatioēz
humidi aut eius reſolutionē. ¶ Sed
ulterius ſciendū q̄ tripliciter cōtingit
humiduz reſolui ſeu terreſtrificari.
¶ Uno⁹ a calore naturali calor.n.nat̄
alis cōtinue in humidum agēs ipſū r̄ſol
uit :et cōſumit: et per nutrimētū ſucceō
re ꝓtinue terreſtrius reſtauratur et int̄
duz peruenit ad terreſtreitatez .ut āpli
us caloris naturalis pabulum eē neq̄at.
¶ Alio⁹ a calore preternaturali ut in
fe.aduretibus uel in eticha febrili.
¶ Et tr̄tio⁹ ab aliqua cā potēte ipſius

simplex alteratio
ſuffocatio
reſolutio
Calor naturalis
Calor ꝓpter nāturalis

humidi unctuositatez et aeritatem pre naturaliter desiccare calore naturali ñ aucto nec supintenso. ¶ Sicut ebi gra Accidit interdum tepore magni estus p aque frigide potationez uł cū pp uebemes exercitium poros quis multū hēt apertos deide frigido aere se statim exponit tunc.n. ppter aeris frigiditatē seu aeris frigidi ingressionē buiduz cō geletuz et terzestrificatuz et ei⁹ caloze naturali non aucto nec supintenso pp qō z si ille quo ad annos in iuuenili existit etate sibi tū decrepita accidit dispositio quam antiqui eticham senectutis seu ptisiz appellant post terrestrificationez ethica sequitur senectutis z sequēti ca⁹ deo duce patebit. ¶ Ex quib⁹ oibus patet qd per ethicā febrilē qd p ethicaz senectutis intelligere debeam⁹. ¶ Est enīz ethica febrilis calor ꝑternaturalis in corde ceteriscz mēbris accēsus cui⁹ actiōe cōtinua aliqua būiditas de secū dis seu radicale būiduz paulatine terre strificādo cōsumitur. ¶ Senilis uero ethica ē cōsumptio totius sine caloris naturalis sup intēsione a quadam ꝓpue niens in mēbris ꝑternaturali dispōe p quā in decrepita etate terrestreitas accidit būido radicali. ¶ Viso igit quid p febrilē ethicā ac etiā senectutis itelligere debemus ¶ Sciēdum est quod febris ethica qñqz ē morbus p se incipiēs. Alii quādo fit successione alioz morborum. ¶ Per se nāqz fieri potest a quibuscūqz cauſ corpus cū calefcōe p se siue p accidens exsiccare potentib⁹. ut est aeris caliditas intensa. z siccitas nimius calor superflu⁹ rerū calidarum z accutarum usus superflue uigilie nimia a cibo z potu abstinētia anime imoderata accītia. Caliditas enim aeris uel aliis causis ꝓ creata ad cor. z ab eo ad alia mēbra radicalia. uel ecōtra seu ad omnia proueniens simul si sua fuerit fixione sufficiēs aliquā de predictis cōsumere būiditatē ethicā tūc febrilē cābit uerumtamē h⁹ raro accidit imo rarissime. nā cuz spūs. z būores magis ceteris parib⁹ sit apti inflāmationez recipere q3 mēbra rarissime accidit quin potius inflāmentur q3 mēbra ipa. Et ob hoc nō nulli dixerūt ethicam incipientem posse fieri non esse possibile. q modernoz plurimi ée crediderunt. adhuc hui⁹ tī possibilitas sic pōt persuaderi. Nā uidem⁹ fulgur pecunias liquefacere in bursa ipa illesa p manēte. ita imaginari caloré possumus aliqué tante eé acuitatis z potentie. ita ut spūs z būores ptranseant ad fixaqz mēbra que sic erūt istius ipressionis receptiua q nō illius pueniat. ¶ Et hoc ut clarius appareat ꝓsuppono ꝓmo q omne altero calidi⁹ sibi fm debitas circūstantias ap ꝓximatum est caliditatis ipsius augmentatiuū ¶ Secundo q a ꝓportiōe minoris eqlitaſ nō prouenit actio. ¶ Iste due suppositiones in phia sunt note ut ét apud tractātes de reductiōe medicinaz ad actū tertia sup posito. q spūs é calidiō cōō patz. qa ista é res calidior que sit in corpore nostro prīa primi ca⁹ de cōplexione mēbrorū ¶ Ex istis sequit quarta. s. si cor ad tantaz deuēit caliditatē ītēsiue ad q3tā spūs possit deuenire istis stantibus iter latitudinē sue tempiei quod ipsuz exibit proprium tēperamentū. patet hoc quia dato oppositio sequeret spūz nō eé calidiorem corde. quod est ꝓtra ītiam sup positionem. z patet ꝓna ex qua parte repugnat cor habere tantam caliditatē intensiue ipo stante in terminis sue temperiei quātā spūs habere possit ¶ Quīta suppositio q ñ inconuenit unū ée al

Hectica febrilis

Hectica senilis

unde q febris ethica per se sit sine mo incipiēs mō et non accidens ex morbis aliis. p. 4ti. na. 3. cap. et ethica febrilis uera non multum sine incipiēs mō quā. sicut patet. 3. aug. p. et dif. feb. ca. uide. in li. 8. et mortu. curat.

Sol. hec thesis nō a casu procedat ei origiē nō habeat ut p. 9 dif. feb cap. 7. et paulus lib. 2. cap. 21. et rha. cap. 17 in fine p. par. nec ab feb

ro calidius q̄ tamē maiorē non bēt intē sionem quia pono q̄ cor hēam ita cali duz sicut tu. sed habeam cerebrū et alia membra frigidiora. pz q̄ tu es calidior me et tamen non habes itensiozē calidi tatem. ¶ Istis positis accipio unū eq̄ intense caliditatis cum spū q̄ tñ sit spū calidius. ut supra forē possibile ponit suppositio ultima debite cordi ap,priatum. ꝛ patz q̄ sufficit cor ponere in ca lefacto eē p primā suppōez. ꝛ tamē per secūdam non inflāmabit spūs. ꝛ ita dice mus de oībus aliis membris a corde.

¶ Preterea ponamus q̄ illud agens cor. ꝛ alia mēbra sibi ,pporcionabiliter assimulet ī caliditate spiritib⁹ stātib⁹ ītra latitudinē sue tēpiei. ꝛ patet quod cor ꝛ alia mēbra tūc tantā hēant caliditatē quātā spūs ipsi ad intellectū datū ī quo casu per quartā suppositionē erūt ī ca liditate qa si tunc p primā suppositionē ꝛ secundā desicat hūiditatē: tūc prima fiet spēs ethice. ꝛ si secunda secundā. ꝛ si tertiā tertia. ¶ Et illo modo ethicam febrilē fieri non repugnat ut patet.

¶ Unde Galie. p̄mo de differētiis fe. inquit quod corpora in quibus ethica febrilis. potest fieri incipiens maxime sunt corpora sicca ī laboribus ꝛ exerci tiis uigiliis sollicitudinibus ꝛ dieta te nui uitā eoꝝ ducētia. ꝛ que in irā facili me cadūt ad quod multuz iuuat. si etas ac regio multū calida fuerit q̄z regimen exsiccatiū precesserit. ¶ In hiis enim ethicā incipientē a p̄missis cāis fieri q̄z maxīe possibile erit. ¶ Sed ecōtra ex dictis sequerētur quod quilibet fieret e thicus consequens ē falsuz ꝛ patet p̄ña qa spūs sunt cordi ꝛ aliis mēbris debi te ap,primati ,pportionem obtinentes maioris inequalitatis sup ipsorum cali diratem. ergo si eque intense caliditatis cū spū sufficit cor. ꝛ alia mēbra preter naturaliter inflammare. ꝛ ista ponere in calefacto eē ut dictum est. ¶ Et idē spūs posse facere uidebuntur. ¶ Quo pōito in esse sequitur cōclusio. ¶ Dicē dum quod argumentum nō ualet. a. est eque intēse caliditatis cū. b. ꝛ. a. debite ap,primatuz. c. ip̄m calefacit. ergo. b. ō bite ap,primatū. c. idem facere poterit. quia accipio ferruz inflāmatum ēbigra summā bñs caliditatē. ꝛ paleas inflāma tas similiter caliditatem summam ha bētes. ꝛ patet quod ferruz sufficit inflā mare aliquod cōbustibile. ut lignū uiri de aut aliquod aliud et nō palee. nō ap paret ergo quomodo ē possibile quod agens non intensiori. caliditate q̄z spūs debite cordi ap,primatum pōt ip̄z po nere in calefacto esse quod tamen non sufficiunt spūs nec etiam spūs ipsos ,p tunc preternaturaliter inflammabit.

¶ Sed hec sunt exēplariter dcā. ¶ Nā hec difficultas secū multas traherz dif ficultates q̄s ,p nūc obmitto tāq̄z huic loco ipertinentes. ¶ Hiis habitis se. ethice signa sunt āmodo describenda. ¶ Pro quo nota q̄ si calor p̄ternatura lis ipsam efficiens ,ppriis mēbris soli dis inexistat omnib⁹ tamē mēbris būo ribus ꝛ spiritibus ad bonū intellectum equaliter dñatur. ¶ Nā calor ille p̄ter naturalis cōmixtus calori naturali ne quaq̄z ab eo seiungitur. ¶ Sed ueluti ipse existat a mēbris insepabilis lentus nullū tamē augmentum poxismalit seu acerbaliter faciens neq̄z decremētum.

¶ Unde infirmi nullā se. pensant. Et pp b⁹ cū antiq eū calore naturali assimula uerunt uez si p̄ma spēs ethice difficilis cognitōis existit ut oēs testantur auc tores. cōiecturatiue tamen ipsam sic cō p̄hendere poteris. qa si in aliquo auctū

calorem ꝓpter effimeram cōmunem ter
minum transeuntē ul' ꝓpter aliā q̄muis
causam in eodez sistere percipis illā .s.
poxismalit' seu exacerbatioīs hora non
augeri neque diminui ⁊ maxīe si illius
membra natuāliter uel preternāliter
fuerint desiccata que facilime caloris ex
tranei sunt apta impressionē r̄cipere co
lor eius plumbeus obscurus seu liuid⁹
fuerit cū cutis duritie quadam et manu
super ipsum aliquamdiu retēta calorē
acutum et pūgitiuū ꝑceperis ꝯ q⁹ urina
non multum mutata pulsus frequens: ꝑ
uus durus ac debilis existit. ¶ Et īfir
mo horis diuersis cum simili cibo ciba
to calor remitti aliqualter percipitur
super primaz speciem ethice certissime
iudicabis. E si cum hiis signis infirmo
ut premissum est diuers horis cū simili
cibo cibato calō augeatur cum q⁹ in uri
na non multum a naturali mutata dispo
sitiōe supnatās pīguedo uelut aranea
tela appareat telem ſam ethice speciez
pati iudica. ¶ Et si cum hiis signis
infirmi nares subtiles et acute oculiqz
siccam habentes lipitudinē concaui fu
erint sint et timpora plana cutis aspera
motus palpebrarum .et supciliorꝫ gra
uis et cum hoc infirmus iacēs alia sine
uoluntate somno grauatus oculos sepe
claudat quē cum tetigeris ꝑ⁹ frigidū re
periens et manu s̄ r̄tēta paulatī ascēder̄
cōprhēdes calorez ei⁹ uēt dorso alliga
tus cutis eleuata digitis ad ꝓpria non
reuertitur unguesqz incuruāt ⁊ cadūt
capilli et urina oleagina in cuius supfi
cie non nūquam ueniunt olei gute cū re
solutionibus interdum furfureis inter
dū petaloydib⁹ et quandoque crinoydi
bus talem tertiam speciem ethice nulla
ten⁹ dubitanis. Horꝫ aūt oīuz talis rō ē.
¶ Et primo ethicorꝫ color liuid⁹ seu plū
beus aut obscurus existit ꝑꝑ sanguīs
aut spūuz. ⁊ caloris naturalis diminu
tionē ac desiccationē. ⁊ per idem cutis
durities. ⁊ ꝑꝑ spūum ⁊ caloris natura
lis diminutionē. uel priuationem tactu
primo sunt frigidi. deinde calor in na
turalibus membris solidis fixus a calo
re tangentis fortificatus sentitur acut⁹
⁊ ꝓpter ipsum ī materia solida fore fun
datum. ¶ Urina aūt in prima. ⁊ secun
da spē nō multum a naturali dispōe mu
tatur. quia calor ille extraneus infixus
mēbris sit infirmo ꝯnālis. ¶ Et ꝑꝑ hoc
urina ipsa nō multum mutat' ul' uariat'
in eius tn̄ superficie in secūda spē pīgue
do uelut aranee tela supnatans appar̄t
quia a calore illo extraneo pinguedo
resoluitur in toto ⁊ qa per longinqua
loca ꝑuenit ad uesicam permisceri cum
urina ⁊ in modū nebule seu tele aranee
sibi supnatat. ¶ Oppōitum de pingue
dine renum ⁊ lūborum cōtingit a calor̄
ipsorꝫ. s. resoluta quia cuz urina ꝓpter
uesice propinquitatem non multum cō
miscet'. nec ille calor illam multum pōt
cōsumere. sicut calor ethice. uñ magis
segregata. et magis grossa uidetur.
¶ Per hoc distenguēdum īter pīgue
dinem que a renibus uenit. ⁊ a lumbis
⁊ ea que a toto. ut in ethica. ¶ Sed in
tercia specie urina apparet oleaginea
quia fit a magna pīguedinis resolutiōe
totius corporis. que cū urina ꝑmiscet'
reddit ipsam oleaginā. Aliqui ꝑ resolu
tionē apparētem in urina supra ethice
spēz distīguere uolueuunt dominantes
de eis. ut statim de pinguedine dictum
est maxime de petaloyde. ⁊ crinoyde re
solutionibus. ¶ Tales enim a renibus
a uesica. ⁊ a toto peruenire possunt ut
in ethica. ¶ Et si proueniunt a renib⁹
rubee existunt a uesica uero ⁊ a toto al

be.sed inter albas discernitur.quia si fuerit sine feb.et fuerit dolor renum ul' uesice uenīūt ab illis locis. ¶ Et si cuz fe.z sine dolore illaz partium a toto.z tunc dicūt q cū ꝓfundat' resolutio ī uenis.z arteriis fiunt petaloydes.sicut fit ꝑcise in cute exteriori ipsa multū exsiccata.z supra secūdā spēz iudicant etbice.cū autē magis profundat' resolutio illa fit in mēbris.z tūc fiunt resolutiões crinoydes.māiorē habentes profunditatez.q̄z petaloydes.z ꝓpter bō supra tertiam spēm etbice iudicāt. ¶ Ista tamen materia dilucidationē maiorez exigeret.quā ad tractatū ō urinis reseruo quē si mihi altissimus uitā ꝓlōgauerit post hunc facturus sum. ¶ Et iō bis obmissis ad ꝓpositum rediens dico q in etbicis pulsus fit frequens ꝓpter necessitatem euētandi.z ꝓpter defectum hūiditatis naturalis arteriarum fit durus.debilis aut.z puus ꝓpter debilitatem uirtutis ¶ In pria uero spē etbice cibato infirmo calor remittit'.quod est qa materia prime spēi ut dictū fuit est q̄ ē nimis flīda ligda.pastibilis ualō uñ fumi.z uapores ab humiditate assumpti in pria z secunda digõe resoluti illū febrilē calorē facilime suffocant.z rēittunt. Cuius oppositū in secunda spē cōtingit.q est qa materia secūde spēi ē materia solida nec pōt accendi nisi ros similit' accēdatur. unde bec duo supra incensa ignūt'.z ideo quod in prima et in secūda digõe resolutē talem ignitum calorē suffocare non pōt.sed potius ab illo calore ignit'.z ita calor auget' sua .s.materia acuta.z p cōsequēs sentitur qui nō ante sentiebat'. ¶ Alii dicūt q ē ros similis sepo.qō anteq̄z igneatur stridet.z hoc ꝓp ptes aqueas secuz ad mixtas sufficiētes antequā cōsumatur calorē ignis ī eo accēsi remittet'.z illo' in prima spē calor rēittitur assumpto cibo.z a fumositatibus.s.a massa ptis naria resolutis z potentibus calorē naturale illū suffocare seu rēittere. ¶ Cā biū uero ē uelut oleū.sed cū ipm flāme q̄z nutrit paz resistit.flāma crescit.z augetur.z ita cōtingit de cābio respectu etbici caloris. ¶ Alii dicūt quod sicut calor uirtualis siue potētialis calcis uiue quia nō curo an sit potētialis an uirtualis ꝓ nūc ab hūiditate z frigiditate aque sup irrorate ad actum reducit'.et sentitur.q antea nō sentiebatur.ita z ō calore etbici contingit cuz mēbris solidis insit.z hoc assumpto cibo ¶ Unde si calor iste naturalis debilis fuerit.ut est ī prima spē suffocat' a fumositatib' z resolutionib' assumpto cibo.z p ꝓñs remittitur. ¶ Si uero potēs fuerit ut in secūda spē ab illis fumositatib' z resolutionibus exsiccatur.q quasi erat sopitus ut icalcet' z tūc suū fugiens cōtrarium exteriora petit.z sic sentitur qui antea non sentiebat'.z isto' ē cōueniēs talis compatio quā non nulli male interpretātes uituperāt. Sed nihil est tam benedictū ut inquit.Comic' terentius quin male in narrando uituparī possit. ¶ Sed statim quis posset instare dicēdo q si hec ratio ēēt uera sequeret' q ī tria spē etbice auget' calor inaturalis assumpto cibo.qō ē cōtra expientiaz ut patet ꝓña cuz ille calor sit naturalis fit fortior in tertia q̄z in secūda ut patz.z tu debes concedere añs z ꝓñaz. ¶ Et ad expientiā dicat' q q̄nuis ille calō augeat' ñ tamē sentit'.qa calor tertie spēi etbice ē ita ītēsus.q illud augmentū ñ ꝑcipit'.sicut ꝑcipue cōtingeret si adderes.x.grana frumēti uni sextario Mā z si.x.grana sint quātitatis sensibilis sē

sibilit̄ tamē sextarium non auget̄ ut pz
quare ⁊ ce. ¶ Uel dicere potes expien
tiam fore ad oppositu3. nā semp in t̄tia
spē calor assumpto cibo augeri pcipit̄
donec hūiditas fere fuerit tota cōsump
ta. ⁊ ñ nūq̄3 experientiā notaui. ¶ Et si
aliqui dicāt calorē tertie spēi in eodem
semp sistere tā sumpto cibo q̄3 ante ītel
ligit̄ in fine. aut uersus finē. cū. s. fuerīt
totaliter desiccata quia tūc calor ille in
naturalis multū igne⁹ existit cū sit ī ma
teria ualde solida. ⁊ ml̄tū hūiditate p̄ua
ta unde si tūc auget̄ asumpto cibo illō
augmentū nō pcipit̄. ¶ Ex quibus pz
q̄ p. calorē augeri. ⁊ ñ augeri ñ possunt
tertiā spēz a secunda discernere. ¶ Sed
cōsidera alia signa superi⁹ dcā. ut puta
narium subtilitatē occuloꝝ. concauita
tem timpoꝝ. ⁊ applanationē. ¶ Itē dice
batur q̄ nares subtiles sunt. ⁊ acute. q̄
ē pp hūiditatu3 naturaliū cōsumptiōez
¶ Et p idem fiunt oculi concaui sicca
uero lipitudo cātur ꝓpter uirtutis di
gestiue defectū non potentis nutrimen
tum ad oculos ꝓueniēs īmutare. ⁊ etiā
ratōe nutrimenti qd̄ male existit quali
tatis unde remanet ī angulis oculoru3
⁊ ibi tā a calore aeris q̄3 fe. dessiccat̄. ⁊
sic angulis oculoru3 sicca existit lipitu
do. ¶ Motus aūt palpebraꝝ ⁊ supci
lioꝝ fit grauis pp materiā lacertorum
siccitatē ⁊ pp uirtut̄ d̄fectū ⁊ p idē clau
dūt oculos inuolūtarie ac si somno gra
uati eēnt. applanāt̄ ēt timpora. q̄ caro
lacertosa existēs sup ea p q̄3 mouent̄ ex
siccata ē. ⁊ cōsumpta. ⁊ sic plana fiūt. ⁊
tunc ossiū apparz cōsumptio tracta uō
cutis digitis sursu3 ad ꝓpriā nō reuer
tit̄ pp ei⁹ nimiā desiccationē. capilli uō
cadūt pp subtractionē nutrimēti. pinde
curuant̄ ungues. ⁊ sic pz dictoꝝ ratio
¶ Pronostica si ad frigidum ⁊ humi
dum mutato regimine infirmum reassu
mere calorem eiusq3 carnem augeri pce
peris scias quod infirmus in breui libe
rabitur qr tunc fā speciē ethice non trā
siuit nec ad finem ipsius usque pueīt q3
existit incurabilis ut ponit Auic. Sed
si ut p̄missum ē mutato regīe predicta ñ
euenerint sentiesq3 auctum calorem in
eodem sistere cū quo appllanantur tim
pora et concauantur oculi et aspat̄ cut̄
super quam uelut puluis esse uidet̄ ꝯti
nue incuruantur ungues cadūt capilli
et si pellem duobus digitis traxeris ad
locu3 ꝓprium non reuertitur talem nū
quaz liberari uidebis. ¶ Uñ si cū hiis
signis uene albe appareant ⁊ uriā ꝓiec
ta sup lapidem sonat uelut oleū infrmo
q3 dyaria cū unctuosa egōne sine alieā
tione pseuerās superueniat. j. dies pau
cos ipsu3 moriturum iudicabis. ¶ Et
si cum hiis lienteria supuenit īfra quar
tam diem uēturam mortem ꝓnūtia qr
tunc natura ab omni regimine destituta
omnes corporis humiditates proprie
nature relinquit et sic fit dyaria sine ali
enatione perseuerans cui conmiscet̄ liē
teria ꝓpter quod sequitur mors in bre
ui. ¶ Insuper nota q̄ sicut s̄ dicebat̄
differentia fa tractatu tertio et ca⁹ p⁹
fe. ad inuicem diuersimode ꝯponi unde
eticha sepe cōmiscetur cum putrida q̄3
sic percipies quia sicut putrida illa fue
rit interpollata puta tertiana quartana
uel q⁹ttidiana. ⁊ ipsa exñte ī qete signa
simplicis ethice añ scripta cōprehende
ris ethicaz cū illa fe. putrida erit cōplica
ta q̄3 hic ethicā cōpositā appellamus.
¶ Si uō ethica cū alia fe. continua fue
rit cōiūcta erit difficilime ꝯphēdit̄. uñ
plurimi pp signoꝝ coincidētiā laticam
ethicā iudicauerūt. ¶ Sed ex p̄script̄
immediate signis in ca⁹ latice supra po

De Febris Ethica

sitis unam ab alia discernere scies.

¶ Si tñ tuo ꝯphēso eticho ꝓpter malum regimen uel aliud putridarum feb. ꝯtinuaꝝ aliqua superuenerit qđ sepe accidit hanc cōsimiliter ethicam fore ꝯpoītam iudicabis. ¶ Et h ꝓ nūc de fe. ethica cōposita sufficiant. ¶ Nam putridaꝝ curā late deo duce supi⁹ hūisti q̄re cum simplicibus ethice curaꝫ hic ānota uero scies si ꝯpoīta fuerit ꝯueniētē curā adhiber̄. Et h đ signis ethice fe. tā ꝓnosticis q̄ꝫ demōstratiuis.

¶ Cap^m. ii. đ cura ethice feb.

Pro cura ethice simplicis notandum ꝙ ex suprascripto regimīe p̄ma ⁊ ſa species ethice facilime ac in breui curatur. ¶ Sed si ethici calor ad hoc iam deuenit ut t̄tiā de secūdis humiditatibus iā desicet humiditatem ad quartā trāsitum facer̄ incipiedo talis nūquā curat̄. ¶ Qūo g⁹ si quarta huiditas describitur uł desiccat̄ qua de re hoc inscriptū regimē non ponitur ut tales ad ꝑfectam đueniāt curam sed poti⁹ ut eorum uita q̄ntū fuerit possibile ꝓlongetur. ¶ Pro cura simplicis ethice primo sex reꝝ nō naturalium regimen inscribitur. ¶ Et secūdo medicinaliū. ¶ Quantum g⁹ ad p̄muꝫ. ¶ Facias infirmi aerem ad frigidum et humiduꝫ declinare. ¶ Unde estate naturam ꝓpriam seruāte terrenam ñ reumaticam tñ eligere camerā aeris septētrionalis liberum ingr̄ssum habētez quantum cum redolentibus frigidis ⁊ hūidis alterabis ut cū uiolis. ⁊ ro. ⁊ sic de aliis herbis cū floribus suis odoriferis substernēdo ⁊ ēt alterabis cuꝫ aqua rosa. ⁊ cū nenufare ⁊ pauco aceti sandalis irrora. ¶ Et quia difficile est in uenire tantā aquā supra dictā bona etiam esset aqua boni fontis uel putei cū modico aceti ꝑmixta uł ad modū raſ. camera cū pānis ī aq̄ frigida īfusis circūdet̄ atqꝫ in diuer̄ camer̄ ꝑtib⁹ ⁊ maxīe corā infirmo uasa magna aqua plena situēt̄ ¶ Itē posset aliqs riuulus ꝑ camerā decurrer̄ ꝯtinue bonū eēt ut ait Auic. It̄ ramos odoriferaꝝ herbaꝝ ⁊ arboꝝ ꝓsternere ī camera. ut populi salicis uitis ⁊ ce ¶ Itez frusta ꝑuoꝝ pomorū in camera ponēt̄ odorifera sepe irrorādo cū aquis dictis. Itē aerē poteris frigidum facere cū suffumigiis ut ponere supra prunas unū uł duos trociscos de cāphora tritis aliqualit̄ ꝯquassatis. ¶ Uel sic. ℞. corticū pomoꝝ redolētiuꝫ siccoꝝ corticū citri uł citrāguloꝝ añ. ℥. ſ. floꝝ nenufar. uio. añ. ʒ. vi. cāphore. ʒ. i. fiant trocisci cū aqua uio. duarū uel triū. ʒ. ⁊ cū necesse fuerit un⁹ super prunas ꝓiciat̄ ī uere uero talē aerē ut plurimū ibi p̄ꝑatū inuenies qui si nimis excederet infrigiditate tēpera modicū cū igne lignoꝝ mollium ut uitis salicis sine fumo tñ ⁊ ipsum ad quāuis tēperiē ducere poteris. ¶ Nota tamen ꝙ aer sēp debꝫ declinar̄ ad hūidum ⁊ frīdum quia maxīe sup calefacto cordi p̄stat iuuamentū ⁊ sēp īfirmi mēbra exteriora in caliditate retine tēpamenta cū leuib⁹ coopimentis uel cū uestib⁹ simplicib⁹ uł suffultis agnellis pellibus uel ex marturibus uel doſ uariis. ⁊ hoc ne frīditas ꝑtibus corpis dñet̄ que cutī exsiccādo fumos ad interiora recludit ¶ Caue tñ ne intensa frigiditas in aere inducatur ipsa enī corpi cōcurrens depauperato sanguīe ⁊ spū illum spūm quē modicū hēt corpus extīgueret ⁊ ꝑ ꝯñs mortez induceret. ¶ Nota tñ ꝙ aer ipoꝝ magis declinare dꝫ ad hūidū quā ad frigi

.f.2

dum.p Galie.vi°.de ingenio sanitatis ca° vii°.longeua correctō eoꝝ que ōsic cata sunt existit p hūidum ꝛ min° fallax ē quā per frigidū. ¶ Quātū ad somnū ꝛ uigiliā. ¶ Et si somnus longior q̄z in sanitate conueniant tam in die dormir ñ ōbz ꝛ ōbz ad min° p tres horas p° cenā tardare dormitionē ut ex cibo sup ad dita calefactio sit extincta uł satis dimi nuta q̄ si in nocte male dormierit sic q̄ in die dormire cogat p horas tres sit ad minus a prādio distans ꝛ in estate sup lecto de corio uēto pleno uel aqua placuit Auic. In hyeme uero sup culci tra caueat p posse ne dormiat sup dor sum. eius litiamina sint molia de lio fōa dealbata cū aqua bona que litiamina in scrineo odorifero teneant in quo sint poma mollia ꝛ ce. Et ex hiis debz sepe lectulus renouari. ꝛ bonū esset etiā illa linteamina aqua rosata aspgere. ¶ Cū aūt expgefactus ē anteq̄z aliq̄zdiu sur gat quiescat i lecto ꝛ exercicii loco ut ca lor aliqualiter uuificet ꝛ cutanee reté te supfluitates egrediantur liber° fieri facias leues fricatiōes. ꝛ hee fricatiōes fiant post expgefcōez de modico icipié do prīo a tibiis ad coxas successiue ad brachia demū uel dorsuz ꝛ pect° semp infirmus trahēdo. ꝛ sic fricare fac loca emūtoria ꝛ ea teneri mūda fricatiōe ut post aures sub assellis īgenia. ¶ Et cū surrexerit caput suuz leuiter pectinet ꝛ stet cū quiete ꝛ audiat musicalia instra in gaudio stet ꝛ laute uiuat cū amicis ꝛ beniuolis cōuerset ꝛ audiat cantilenas delectabiles et pleget huiusmōi sepe. A profundis caueat tamen cogitatiōi nibus. uestimēta portet iocalia. lapides portet p̄ciosos delcābiles ut saphiros iacintos smarg. granata ꝛ similia. Naz si minoris existat p̄cii q̄z balasiū uł zobi num tamē in hoc cāu prevalent. ¶ Itē delectetur in aspcū pulcbrarū mulieꝝ si sine nocumento fieri pōt. ꝛ caueat a coi tu taq̄z a morte ꝛ uitet repletionē oēm imo ē bonū suū cibū diuidere in plures partes q̄z multū in duab° uicibus p̄ber i die. ¶ Itē uētris bēat beñficiū oī die. ꝛ si ñ naturalit tñ artificialit ut docebo te p̄ de medicis tractabo. ¶ Hiis breuit expeditis ad regimē cibi. ꝛ potus p̄dest cēdo. ¶ Sit panis ei° frumēti boni i bo no aere sanaq̄z messe collectus. sit q̄z sic sale. ꝛ fursure pinsatus qui bora come stionis mūdet a crusta supiori. ꝛ iferio ri a p̄n° usq̄z ad quartum diez inclusiue bonus existit. ¶ Ex carnib° eligat gal los nondum coeuntes. quoꝝ testiculi in illo casu maxie cōueniunt. ac pulle iuue nes galline. atq̄z capōes medie pīguedi nis. ꝛ illa debent in aere nutriri libero. quoꝝ pastus sit ordeuz. ¶ Uel facias sic. Re. ranulas uirides in siccis locis sup arbores uiuētes q̄ruz uētres lactei existāt. ꝛ capitib° abscis. ꝛ uisceribus eiectis ꝛ i aqua tādiu coquant. ut earū caro ab ossib° sepet. deinde habeas fari nam ordei. uel frumēti que p̄ualet i isto cāu. ꝛ cū brodio. ꝛ carnibus illis fac pa stam. ꝛ da gallinis. ꝛ pullis illis ad man ducandū. ¶ Ał aliter loco ranaꝝ acci pe anguillas. seu quosuis pisces ex q°ꝝ carnib° brodiū sic ranaꝝ p̄ficias, pastā q; pulı talı nutriti mıabłı p̄feñt i b cāu ¶ Et quia a uulgo experimento com ptum est pullos albos in stōaco nō facil ledtgeri illos dimittere bonū est ut dic̄ Gilbertus anglic° ꝛ si rō dictet opposi tum. nā ratiōe concludit albos pullos ceteris parib° frigiditati magis a,ppin quare. ¶ Et ideo Dazilius pł's lau dat illos in isto cāu. ¶ Cōueniūt aues que in nocte capiūt et rubales ꝛ alaud

inbr egestū dor mir- tempes- ass tis sup cor pi. no vinu vit aq

not. m de fructibus quas inbr sivz ab infra ad supeius

De regim observādo in cibo et pota

padit pul luz albor carne nō facil- di gez

perdices sterne fasiani et ālee septēbrie medie pīguedinis. ¶ Ex q̄drupedib⁹ carnes uitelline lactātes edine mōtoīné ab octauo mēse usque ad annum. porci ne interdum maxie nutrite in nemorib⁹ capreoline ceruine ānuales unde et lac tentes duorum uel trium mensium lau dabiliores et adhuc leporine. ¶ Et nota quod iste carnes magis cōueiunt elixe quaz assate. ¶ Et si pur assatas uellet non coquātur in patella sed in ue ru quia in ipsa patella ōnia uitāda sunt in ueru possunt dari alterādo ipsas car nes cum lactuca agresta et similibus ab iecta crusta supiori illius carnis assate et etiam cum cucurbita et portulaca co rigentur. ¶ Et nota q̄ ille assate in ue ru sī būidiores būiditate nāli q̄z elixate ut quarto methauro. bētur. cū ī būido ꝓprio decoquātur. Et si predicta alte rantia deficerēt accipe quatuor semina frigida cū carnib⁹ coquātur ipsa tamē ligata in petia subtili z coquātur cū car nibus poma frustatim incisa. z ipleat uenter carniū cū pomis odoriferis.

¶ Et pōt hec carnes in aqua ordei de coq. facias tū ut sis sēp attētus ne istas carnes ꝑ aliq⁹ ōcoq facias q̄ infirmo fa stidiū faciat. quia ipsis coctis alterabis cū rebus nō fastidiētib⁹ ꝓut statiz iseri bam. Cōueniunt oua sorbilia. ¶ Et ex herbis spinachia blitis boragi. bugloss. endi. cucurbita lactuca portulac. z silia ¶ Et ex hiis pōt fercula fieri. In pri cipio tamē pastus pōt de cucumeribus māducare. cōrectis tamē cū oleo z ace to medie fortitudinis. ¶ Item conue niunt pultes ex farina ordei cum lacte amigdalarum prepati aut cum brodio suaz carniū uel ablue micas cū lacte ca prino seu uacino z misce in quo tamen ꝑ prius lapides fluuiales uł calibs sepe fuerunt extincti z erit cibus multū cōue niens. z ferculū ex amigdalis. amidum simula auenatū seu ordeatum colatura furfuris brodium granatuz cū agresta alteratū cōir cū succis statim describen dis. ¶ Uł accipe uitellos duoz ouoz recentiū z illos diu agita sup quos de brodio suaz carniū ꝓpice buliēte quod brodium in prin⁹ past⁹ assumat. ¶ Con ueniūt z offe facte cū recenti caseo dul ci in quo coaguli ius z salis nondum impsserit. ¶ Uel fac tale brodiū cū q⁹ cuipiā ¶ Ex po ꝓ plūgaui uitā. ¶ Habeas pullos iuuenes capones. seu gallos uel gallinas fasianos seu perdices qué sine aqua deplumentur. post autem eui sceratōez minutiz contūde carné z ossa simul. z sic fac de carne edina uitellina uel alia cōueniēti. deinde pōe in uase ui treo carnes istas addendo aliquos du catos addendo. ʒ. vi. aqne uiolaz āt aq̄ endi. cuscute nenufar. portulace lactu ce z pomoz redolētiū aque ros. bugloss. z uini odoriferi añ. ʒ. ii. misce ita q̄ aq̄ z uinū sit lb i. z in uase cōtus istis carni bus misceātur addēdo puluerem infra scriptū. Ut. ℞. sandaloz citrinoz. ʒ. i. spodii margaritaz añ. ʒ. ii. fragmentoz iaciti smaragdi saphiri robini z similiū lapidū precioso z añ. ℈. i. croci. ℈. ß. se. frigidoz berberis añ. ʒ. ii. cāphore añ. gra. iiii. ꝑ quassent z misce cū carnibus istis. Tale aūt uas debz poni ī alio uase pleno aqua z buliāt simul per quatuor boras ī desinenter. uñ extrahantur car nes z colent per stagminam fortiē ex primendo. ¶ Et hoc brodium usui re serua. ¶ Maz in omni suo ferculo de tali brodio ponere poteris. quia in hoc ca su cōpetit. ¶ Si uero uirtus fuerit mł tum ōbilitata suas carnes decoqui faci as usque ad ossium sepationem postea

dour modū sm̄ brodiū alias q̄ sumam̄ vpr̄m̄ in uas cōponiem̄ dicaz ī gradiū nur sed nūdino mo petus ad pōpā q̄ ad vsum ambitū

inter duo incisoria exprimat' ⁊ h bro
dio utere simpliciter uel uitellis duoꝝ
ouorum .uel utere cōtuso carniū.
¶ Uel facias aquam carnis mō quo s̄
describitur ut differentia ſa ca⁹ primo
¶ In pasta cum carnib⁹ puluerē hūc ī
mediate descriptum .et da coclearia q̄
tuor ꝓ uice cuꝫ brodio suarum carniū.
¶ Uel loco eius da tātūdem succi car
nis taliter facti. ℞. ex auibus p̄dict' q̄s
uolueris quātitatē sufficiētem ⁊ in uen
tre earum ponātur odorifera frustatiꝫ
incisa. ¶ Uel puluis suprascript⁹ et
hanc decoqui facias in ueru cum cocta
fuerit in platello coopiatur et succus il
le qui inde egrediatur tam ꝑ se quam ex
pressione forti recondatur talis .n. suc
c⁹ mirabilis existit ī q⁹ caū ō q⁹ exhibe cū
brodio uel solum ſndū ꝙ libuerit Aui.
ca⁹ de ethica et serapico. v⁹ sui breuiarii
ca⁹ de ethica aquam carnis taliter cōfi
ciunt. ¶ Accipiunt carnem edinam mi
nutiꝫ incisaꝫ quā cum aliquantulo salis
in olla noua reponūt et tādiu ad ignem
decoquatur quod aqua egrediatur.
¶ De tali igitur aqua accipe. ℥. iii. aque
pomorum redolentium. ℥. i. ſ. uini opti
mi. ℥. ſ. misce in potu ꝓ una uice tribue.
¶ Et hanc aquaꝫ ō omnibus sibi cōue
nientibus caribus facere poſis quo lo
co aque pomoꝝ uti aqua end. uł aqua si
bi a ꝓpriata. ¶ Hec .n. aqua mł'tū cō
ueniens existit in hoc casu et maxīe ubi
sincopis adfuerit. ¶ Primā tn̄ magis
laudo quam consimiliter dare poteris
cum aqua pomoꝝ redolentium et uino
redolenti. ¶ Et in ꝓportione dicta et
fac si libet pro sapore et cōdimēto uitet
ōnia acuta. ¶ Sapores igitur conue
nientes fiant ex amigdalis contuſ agre
sta uino granatorū berber succi arātii
pomoꝝ redolentiuꝫ preputioꝝ uitis ta
les enī amigdale cū zucaro cōdite cōue
miunt in hoc cāu. ¶ Posses tamen cum
mollicie panis salsaꝫ cōficere ex his suc
cis. seu rob uini zucaꝝ adiūgendo ad li
bitum de isto puluere. ℞. cinamo. mū
dati electi a cortice supiori. ℥. i. gariofi.
℥℥. nucis musca. grano. ꝑadisi añ: ʒ. i.
croci. ℈. ſ. zuc. alb. ℥. v. fiat puluis. ¶ Et
quia uulgares nihil uidētur facere nisi
sup cōdimētis suis utātur aliquib⁹ spe
ciebus in quottidiano usu sup eoꝝ fer
culis uti potuerūt isto puluere cuꝫ quo
salsa ōscripta cōficit' ⁊ ce. ¶ Poteris ēt
dare galeatinā cum uino aqua ⁊ pauco
aceti cōfectā addēdo aliquem de succis
supra dictis si libet cū zucaro. et beñ e
rit. Et poteris ip̄am cū croco āt sanda
lis citrinis colorare. ¶ Et si ex succis
aliquē cū pauco brodio una bulitiōe bu
lire facias in quo tuas carnes ītingerēs
bonū esset addendo paruꝫ si libuerit de
puluere supra scripto. ¶ Pro assatis
carnibus poteris accipe aliquem de suc
cis supra scriptis ⁊ maxīe succū berbe
ris uel granati seu citrāguli dulcis. ⁊ in
eo pōe zucari notabilē quātitatē cū mo
dico cinamo. electi puluerizati. ¶ Uel
accipe succū qui egredit' cū carnes ille
assate in patella ita calide reponūtur. ⁊
ex eis parū misce ex succis īmediate de
scriptis cū zucaro ⁊ puluere cinamo. ⁊
erit sapor mirabilis ī hoc cāu. ¶ Ex pi
scibus cōueniūt marini. uł aque dulcis
libere fluētis ⁊ nō stantis seu lacunalis
nisi fundū habuerit arenosuꝫ. seu ex trā
situ alicui⁹ fluminis generet'. ¶ Et oēs
iuxta uillas seu ciuitates nutriti pisces
uitādi sunt ⁊ maxīe in locis ī quib⁹ clua
ce ueniūt. ⁊ alie expurgātur īmunditie
Conueniūt aūt pisces aque dulcis parū
petrini cōit' uocati striguli lutii temali
carpones anguille. ⁊ raro tam̄ ī usu sūt

¶ Pisces autē maris nominarem sed mihi cōit noti non existūt illi. hii potꝰ elixi conueniunt quā assati. pisces elige squamosos qui boni sunt odoris tactu non limosi carnēq; albā habentes. ⁊ cō pactā. Si uero pisces assaueris super prunas. ⁊ nō in patella decoquētur ꝙ si necesse sit in patella eos decoqui ut ō puis piscibus cōit fit bēas uas terreuz uitreatū in quo oleo cōi dulci cum oleo amigdalaꝝ dulciū decoquētur ⁊ borū saporeſ fiunt ex uio granatoꝝ uł succo berberis. ⁊ arātii. uel ex cōsimili pulue re addito cinamo. ⁊ zucaro. ¶ Pro elixis uero piscibꝰ salsa uteř cū modico panis ⁊ puluere sepe dicto paꝝ ꝓpter piscū uiscositatē adiungendo acetum.

